Bibliothèque numérique

medic@

**Oribase / Bussemaker, Ulco Cats.**

**Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum Medicinalium Oribasii...**

*Groningen : W. van Boekeren, 1835.*
*Cote : 33046*

P A R I S biu Santé

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)**
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?33046

©BIU Santé

# DISSERTATIO
# PHILOLOGICO-MEDICA
# INAUGURALIS,

EXHIBENS

## LIBRUM XLIV
## COLLECTANEORUM MEDICINALIUM
## ORIBASII,

NUPER AB *ANGELO MAJO* ROMAE GRAECE EDITUM,
CUM ADJUNCTA VERSIONE LATINA
ADNOTATIONIBUSQUE,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE

RECTORIS MAGNIFICI,

**JACOBI HERMANNI PHILIPSE,**

*Jur. Utr. Doct. in Facult. Jurid. Prof. Ordin.*

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**PRO GRADU DOCTORIS,**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
*IN ACADEMIA GRONINGANA*
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO OMNIUM EXAMINI OFFERT

**ULCO CATS BUSSEMAKER,**

*AMSTELODAMENSIS.*

A. D. xx Junii MDCCCXXXV. Hora XII.

**GRONINGAE,**
Apud W. VAN BOEKEREN.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 1 sur 214

©BIU Santé

ἐν ο̅ λόγοις διέξεισιν Ὀριβάσιος ἃ ἀπαγγέλλεται· καὶ δεύτερα μὲν ἐστι τῷ χρόνῳ, προτερεύει δὲ τῇ χρείᾳ, ἅτε μὴ μόνα ὅσα Γαληνὸς ὀρθῶς ἔγραψε περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ ὅσα αὐτῷ παρεῖται, ἄλλοις δὲ εἰς διδασκαλίαν προστέθειται.

**PHOTIUS** ***Biblioth.*** **Cod. 217.**

©BIU Santé

MATRI OPTIMAE CARISSIMAE

SACRUM.

©BIU Santé

©BIU Santé

# PRAEFATIO.

*Jamdiu cogitaveram atque perpenderam, quidnam eligerem, de quo conscripta dissertatione studiis meis Academicis finem imponerem. Multa certo adhuc supererant in scientia medica adeo late patenti, quae vel sedula perscrutatione vel ulteriori accuratiorique elaboratione indigebant, atque hoc modo mihi materiam praebere poterant, de qua dissererem, verum non omnia pertractari possunt a juvene, qui ante tres quatuorve demum annos medicinae studere coepit, neque omnia omnibus aeque placent omnesve iisdem aeque semper delectantur. Sic mihi semper maxime arridebant omnia, quae veterem Graecorum spectabant medicinam, qua re cum praeceptore meo viro Cl.* SEBASTIAN *communicata, ille mihi nuntius fuit, Romae ab* ANGELO MAJO *Graece editos esse nonnullos Oribasii Libros, antea plane incognitos, quos vertere et explicare mihi proposuit eaque versione uti tamquam specimine inaugurali, quod conscribere me jubebat lex. Primum laboris difficultas mihi horrorem fere incussit, sed tandem Cl. praeceptoris consiliis et adhortationibus*

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 5 sur 214

©BIU Santé



eo perductus sum, ut opus aggredi auderem, quo semel inchoato adeo delectatus sum, ut illud non absolvere non possem, licet saepe in illo pertractando animadverterem, quanta mihi deëssent; ne itaque obliviscaris, B. L., quicunque huncce libellum pervolveris, illum non a viro linguae Graecae peritissimo esse conscriptum, verum a juvene, qui inter gravissima medicinae studia paucas solummodo horas linguae Graecae studio quantumvis a se dilecto impendere potuit.

Inter libros Oribasii autem ab ANGELO MAJO editos duos priores vel XLIV et XLV Collect. Medic. elegi ob rationes infra in prolegomenis explicandas; cum tamen animadverterem, hos libros, si saltem omnia, quae iis continentur, rite explicarentur, adeo multa requirere, ut eorum editio vulgares dissertationis inauguralis limites longe excederet impediretque, quominus ante hujus anni ferias aestivas lauream doctoralem petere possem, unicum solummodo Lib. XLIV cum versione et adnotationibus adjunctis nunc edere decrevi, alterius vero Libri editionem aliquantulum distuli; simulac tamen vacabit, mox etiam illum edere mihi proposui, additis fortasse et fragmentis librorum Oribasii ab ANGELO MAJO editis.

Restat adhuc mihi, ut de ordine loquar, quem in edendo hocce Oribasii libro secutus sum, de ordine illo valde simplici, quo con-

©BIU Santé



*textum Graecum integrum ex* ANGELI MAJI *Auctorum Classicorum e Vaticanis codicibus editorum Tom. IV transtuli in dissertationem meam, apposita versione nihilque in eo mutavi, cujus non in adnotationibus mentionem feci, exceptis tamen nonnullis accentibus, quos male collocatos esse vitiō typographi non erat dubium. Ubi vero translatio accentus ab alia litera ad aliam significationem verborum aliquo modo immutabat, hanc translationem etiam in adnotationibus memoravi. Adnotationes autem ad calcem contextus reposui, ne illi, quibus pleraeque res in adnotationibus legendae jam satis sunt cognitae, vel qui illas omnino omittere malunt, in legendo contextu perturbarentur. Tandem monendum est, me saepius brevitatis causa nomine Hippocratis vel Galeni citasse etiam illos libros, qui in plerisque horum auctorum editionibus leguntur, licet a permultis criticis jure merito spurii habeantur.*

*Priusquam tamen hancce Academiam relinquam, non possum, quin vobis omnibus, viri Cl., quos cum in Athenaeo Daventriensi, tum in hacce alma Musarum sede, praeceptores habui, gratias agam publicas pro omnibus egregiis scientiarum praeceptis, quae mihi tradidistis, nec non pro urbana et miti agendi ratione, qua semper erga me usi estis.*

*Inprimis vobis, viri Cl.* S. E. STRATINGH *et* J. BAART DE LA FAILLE, *plura debeo, quam verbis*

©BIU Santé



*enuntiare possum; vos enim me docuistis gravissimam illam artem, quae versatur circa hominum vitam atque sanitatem; vestra etiam institutione nisus hanc artem exercere non refugiam; quidcunque igitur in illa praestitero, id vobis semper me acceptum relaturum esse credatis; liceat itaque mihi hic mea quoque vota effundere pro vestra vestrorumque salute et incolumitate!*

*Ante omnia vero tua erga me merita, vir Cl.* A. A. SEBASTIAN, *innumera sunt, nam tu mihi studiorum dux exstitisti, mihique hanc dissertationem conscribere suasisti nec umquam in illa elaboranda opem ferre negasti; quominus tibi itaque tantas gratias referam, quantas tibi debere me sentio, vitae impedibit brevitas; si tamen preces meae exaudiantur, diutissime in hujus Academiae ornamentum, scientiarum et doctrinarum decus atque universam hominum salutem incolumem te servabit D. O. M.*

*Neque tu, doct.* WIJNNE, *inter fautores meos infimum occupas locum, cum mihi occasionem praebuisti, qua saepissime praeceptorum dicta ad aegrotorum lectulos comprobata vidi et pro qua tibi gratum animum obtestor, quem imo pectore semper me servaturum esse hic profiteor.*

*Te quoque, Doct.* F. G. NOURY, *hic memorare dulce me jubet officium, qui mihi anatomes principia tradidisti, quibus omnia superstruxi, qualiacunque de medicina perspecta*

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 8 sur 214

©BIU Santé



*habui quique amica et benevola ratione mihi viam saepius ostendisti, qua tutius scopum attingere possem; haec beneficia semper me recordaturum esse, neque res meas mihi tuis magis cordi esse credas precor.*

*Vobis tandem etiam valedicendum est, commilitones amicissimi, res sane moeroris plenissima; per nonnullos annos amicitiae vinculis conjuncti dulcem agebamus vitam et curarum expertem tempusque fulguris celeritatem adeptum esse videbatur; mox vero rerum vicissitudinibus diremti sollicitam aggrediemur vitam aegritudinum plenam, ad quas perferendas certo multam opem feret recordatio amicitiae, quae nos conjungit quamque nullum nostrum umquam obliturum esse vix est quod dubitem. Valete igitur resque omnes vobis prospere succedant.*

©BIU Santé

# PROLEGOMENA.

Jam per multa saecula viguit mos, et adhuc a plerisque huic rei operam dantibus religiose observatur, quo scriptis cujuscunque auctoris, post ejus mortem in lucem si prodirent, praemittebatur brevior vel longior ejus vitae enarratio, consilio profecto non improbando, si consideremus, quantum quivis homo debeat patriae, aetati, qua vixerit, educationi, parentibus, amicis non solum, verum et rebus secundis aut adversis, quae durante ejus vita vel patriae vel illi ipsi acciderint, quantumque haec omnia saepe conferant ad omnes ejus animi dotes formandas vel commutandas. Sic enim nonnunquam, siquid nimis acriter vel nimis leviter vel alio saltem modo ac a ceteris auctoribus pertractetur, causam invenire possumus, quare ita neque aliter scripserit. Quae cum accurate perpenderem, lectoribus haud inutilem nec ingratum me fore putavi, si, antequam ad ipsum meum propositum transeam, pauca de Oribasii vita et scriptis referrem, ut, hisce perlectis, cum majori fructu et oblectamento legerentur omnia, quae hocce Oribasii libello continentur, inter quae, me saltem judice, haud pauca invenientur lectu dignissima.

©BIU Santé



Oribasius natus est Pergami (1) in prima saeculi quarti parte ex parentibus nobilibus, qui eum liberaliter educari curarunt juvenemque illum dimiserunt in scholas magni Zenonis, quas simul frequentavit cum Magno. His vero relictis, medicinam exercuisse videtur in patria sua et, ut ait Eunapius, quantum licet homini Deum imitari patrium Deum Aesculapium imitatus est. Postea cum a Juliano ad aulam imperatoris ductus esset, tantum ibi auctoritatem nactus est, ut post mortem principis patrono suo multam opem ferret in imperio capessendo. Ab illo inde tempore arctissimo amicitiae vinculo inter se conjuncti fuere hi duo viri et Julianus Oribasium honoribus muneribusque adeo cumulavit, ut amico etiam munus quaestoris Constantinopolitani offerret mitteretque illum Delphos ad oraculum sciscitandum, ubi illi celebre illud responsum datum est, oraculum jam deficere et nullum amplius esse (2). Juliano tamen vita defuncto ejus successores sive invidia sive nimio falsoque ad defendendam religionem Christianam ardore permoti, omnibus muneribus et opibus Oribasium privarunt eumque ex imperio Romano ejecerunt inter barbaros, verum illic quoque mox ob medicinae peritiam tantam sibi conciliavit laudem, ut instar Dei coleretur, alios ex morbis diuturnis servans, alios a

(1) Eunapius vitae sophist. ed. Boissonnadii et Wyttenbachii pag. 99—102. Suidas tamen (Tom. II. pag. 711.) refert, illum Sardibus natum fuisse, sed huic auctori eandem fidem habere non possumus ac Eunapio, Oribasii aequali.

(2) Georg. Cedrenus Chronic. pag. 304 (ed. Fabrit. fol. Paris. 1647).

©BIU Santé



mortis porta subripiens. Tandem ab imperatore revocatus uxorem duxit cum stirpe sua tum divitiis spectabilem bonaque ei ex aerario publico restituta sunt. Ex inde semper opibus et auctoritate viguisse videtur saltem usque ad initium saeculi quinti, quando Eunapius haec de illo conscripsit simulque testatus est, illum tunc adhuc cum quatuor suis filiis superstitem fuisse (1).

Durante hoc longo et satis fausto vitae decursu multos libros conscripsit, quorum maxima pars tamen adhuc desideratur.

1°. A Photio (2) laudantur Libri IV *περὶ πραγματείας ἰατρικῆς*, et Lib. VII ad eandem normam editi Julianoque imperatori dedicati, quibus libris inprimis Galeni scripta breviori sermone contrahere conatus est (3). Hos libros autem, e quibus nihil nobis superest, citare videtur ipse Oribasius in Praefatione ad LXX Libros.

2°. Jussu Juliani ex omnibus medicis antiquioribus quae sibi maxime mentione digna videbantur collegit et inde LXX libros (4) contexuit sub nomine *συναγωγῶν ἰατρικῶν*. Ex his libris primum Graece in lucem prodierunt Lib. I et Lib. V capita priora sex simul cum Lib. I ad Eunapium cap. 14 de aquis et Galeni, Rufi, Dioclis et Athenaei medicorum fragmentis de eodem argumento cum interpre-

(1) Eunapius l. l. pag. 101.

(2) Biblioth. Cod. 216.

(3) Photius l. l.

(4) Photius l. l. cod. 217. Suidas tamen (l. l.) illum LXXII Libros conscripsisse testatur.

©BIU Santé



tatione Latina cur. Augustino Riccio Romae 1543 4°; dein Joh. Bapt. Rasarius Latine edidit Lib. I—XV et XXIV—XXV cum praefatione Oribasii ad Julianum imperatorem Basil. 1557. 8°. Teste Fabritio in Bibliothecae Bigotianae Catalogo Tom. II. pag. 147 etiam memorantur Oribasii Collectaneorum medicinalium quaedam Graece edita Paris. 1556. 8°. et Antonius Verderus narrat se Gallicam vidisse versionem scriptorum Oribasii auctore Adamo de la Vallée in Bibliotheca Gallica (1). Praeterea Guil. Dundass seorsum edidit Oribasii Anatomica sive Libr. XXIV et XXV. Lugd. Bat. 1735. 4°. et in hujus opusculi praefatione testatur se adhibuisse editionem Graecam scriptorum Oribasii cur. Morelio (2), forsan eandem, quae memoratur in Bibliothecae Bigotianae Catalogo (Vide Supra). Graece etiam nuper prodierunt XV priores συναγωγῶν ἰατρικῶν Libri cur. Friderico Matthaeio publico in urbe regia Moscua professore (3). Praeter hos libros Latine prodierunt Libri XLVIII sive de laqueis capita priora duodeviginti et Lib. XLIX sive de machinamentis e versione Vidi Vidii in Collectione scriptorum Chirurgorum Tigurina Gesneri 1555 fol., quamvis in hac editione non inveniri videatur numerus Librorum (4). Hos libros autem omnes edidit quoque

(1) Fabritius Biblioth. Graeca Tom. XII. pag. 641.

(2) Oribasii Anatomica ex Lib. Galeni cum vers. Latina J. B. Rasarii cur. G. Dundass. Praef. pag. 3.

(3) Classicorum auctorum e vaticanis codicibus editorum cur. Angelo Majo Tom. IV. Romae 1831. 8°. Praef. pag. 6.

(4) Fabritius l. l.

©BIU Santé



Henr. Stephanus inter medicae artis principes post Hippocratem et Galénum Paris 1567. fol. Insuper vero in Collectione veterum Chirurgorum Nicetae ab Antonio Cocchio octoginta fere abhinc annis edita adhuc inveniuntur Lib. XLVI et XLVII sive de fracturis et de articulis excidentibus (1). Nuper tandem Angelus Majus Graece edidit Lib. XLIV, XLV, XLVIII, XLIX, partem priorem Libri L cum titulis capitum, quae adhuc desiderantur, et duo fragmenta, alterum ex Libro LI, alterum ex incerto collectaneorum Libro in Classicorum auctorum e codicibus vaticanis editorum Tom. IV. Romae 1831, 8°. pag. 1—198 et 276—278; ex his autem Lib. XLIV et XLV sive de abscessibus et de variis tumoribus vertere et quantum possem explicare decrevi; tempus tamen mihi defuit ad alterum in lucem edendum; Libr. XLVIII et XLIX omisi, quia pro maxima parte jam Latina edita erant et argumentum mihi minus jucundum utileque videbatur, Lib. L de morbis genitalium vero quoque omisi, quoniam nimis erat mutilum, licet argumentum mihi ceteroquin satis placeret.

3°. Ex magno illius opere, quod modo memoravi, compendium excerpsit in gratiam filii Eustathii Oribasius, ita ut inde orti sint Lib. IX. nomine Synopseos cogniti (2), qui Latine prodierunt ex eadem versione Rasarii simul cum ceteris Oribasii libris, uti et inter medicae artis principes H. Stephani.

(1) Angelus Majus l. l. pag. 7.

(2) Photius l. l. cod. 218.

©BIU Santé



4°. Tandem scripsit Oribasius Euporiston sive de medicamentis facile parabilibus Lib. IV. ad Eunapium (1) (verisimiliter eundem, qui ejus vitam conscripsit), qui Latine prodierunt ex versione anonymi simul cum Caelii Aureliani Libris tardarum passionum cur. J. Sichardo Basil. 1529. fol. (2) et cum ceteris Oribasii libris ex interpretatione Rasarii, uti et inter artis medicae principes Henr. Stephani. Hos libros tamen Cl. Sprengel spurios existimat, quamvis rationem non addat (3).

5°. Scholia in Aphorismos Hippocratis, quae Oribasio tribuuntur, a plerisque viris doctis spuria habentur (4). Prodiere autem cur. J. Guintero Andernaco Basil. 1535. 8°. recusa Paris. ac Venet. 1553 et Patav. 1658. 8°. (5).

Praeter haec omnia Oribasii fragmentum de victus ratione per quodlibet anni tempus utili verisimiliter, ut mihi saltem videtur, ex aliquo supra laudatorum operum depromtum, cum Plinio Valeriano vulgavit Albanus Torinus Basileae 1528. fol. Incipit: Optimum etiam fuerit per singula anni tempora victus rationem observare (6). Hujus fragmenti autem eandem editionem quoque in Bibliotheca Academica Ultro-Trajectina prostare testatur Doctiss. C.

(1) Photius l. l. cod. 219.

(2) Fabritius l. l.

(3) Versuch einer pragmat. Geschichte der Medizin, Tom. II. pag. 261.

(4) Sprengel l. l. et Fabritius l. l. pag. 646.

(5) Fabritius l. l.

(6) Fabritius l. l. pag. 646.

©BIU Santé



J. van Cooth (1) additque illud circa veneris usum praecepta habere notatu dignissima.

Oribasius de simplicibus, haud dubie etiam ex Collect. Medic. petitus, cum Octavii Horatiani Euporiston Lib. IV Physica Hildegardis de Pinguia sive Libri IV de elementorum, fluminum aliquot Germaniae, metallorum, leguminum, fructuum et herbarum, piscium denique, volatilium et animantium terrae naturis et operationibus, Theodori Physici Diaeta et Aesculapii de morborum causis, descriptione et cura prodierunt Argentor. 1533 et 1544 fol. (2).

Ex Oribasii scriptis tandem prostant excerpta de aquis et balneis Augustino Gadaldino Mutinensi interprete in opere Veneto de balneis 1553 fol. (3).

Variae fuerunt ab omni tempore de Oribasio ejusque scriptis auctorum sententiae; alii enim, uti Eunapius (4), illum laudibus extollunt cumulantque; alii putant, ei quoque esse imputandum crimen (5), cujus non insontes fuisse videntur omnes philosophi in aula Juliani degentes (6), illos nempe hunc imperatorem ceteroquin jam satis in superstitionem proclivem etiam superstitiosiorem reddidisse, ita ut inanibus ritibus et caerimoniis totus se traderet; alii, uti Clericus ex illo et Aëtio hausta esse

(1) Diatribe in Diaeteticam veterum, Trajecti ad Rhenum 1835. pag. 64 adnot. (2).

(2) Fabritius l. l. pag. 647.

(3) Fabritius l. l.

(4) Eunapius l. l. passim.

(5) Sprengel l. l. pag. 240 et 256.

(6) Eunapius vita Maximi pag. 51—53. Libanius Epitaph. pag. 289, 291 et 318 (Tom. II. ed. Morellii. Paris. 1628. fol).

©BIU Santé



putant omnia, quae in praxi ac theoria mentione sunt digna ac praesertim in re Anatomica et Chirurgica (1); alii vero eum vocant simiam Galeni (2), quod nomen certo non meruit, nam licet Lib. XXIV et XXV Collect. Medic. fere integri ex Galeno sint desumti et ipse Oribasius Galenum semper tamquam omnium medicorum principem citet et nonnisi summa cum reverentia de illo loquatur (3), multa quoque ex Heliodoro, Posidonio, Antyllo, Dieuche, Apollonio, Philumeno, Rufo Ephesio, Megete aliisque depromsit haud contemnenda ac nonnumquam etiam paucas observationes ipse adjecit, alii tandem illum Galeno aequiparant vel etiam praeferre videntur (4): hinc ego lubenter assentiar Freindio dicenti (5): « Ita scriptor ille, quamquam « collectoris praecipue nomen mereatur, observatio- « nes aliquas nobis in medicina suppeditat recentes « nec inutiles; quique hoc proposito ejus opera per- « volverit, is similia nonnulla apud antiquiores frus- « tra quaerenda inveniet." quam rem inprimis libros nuper ab Angelo Majo editos probaturos esse puto.

---

(1) J. Freind Historia medicinae a Galeni tempera usque ad initium saec. XVI. pars I. pag. 8.

(2) J. Freind l. l.

(3) Conf. Praefatio Libr. IV ad Eunapium.

(4) Photius l. l. Cod. 217.

(5) Freind l. l. pag. 17.

©BIU Santé

©BIU Santé

EX

# ORIBASII

## COLLECTANEORUM MEDICINALIUM

## LIBRO LXIV.

©BIU Santé

# ’ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ

## ’ΙΑΤΡΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΩΝ

### ’ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΜΔ.

**I.** *’Εκ τῶν ’Αντύλλου καὶ ‘Ηλιοδώρου χειρουργία ἀποστημάτων* (1).

p. 15. I. ’Ει μὲν κατὰ τὴν κεφαλὴν γένοιτο ἐπιπολλῆς ἀπόστημα, ἁπλοτομήσομεν τάττοντες τὴν διαίρεσιν, οὐ κατὰ τὴν εὐθύτητα τῶν τριχῶν, ἀλλ’ ἐπικάρσιον καὶ ὑποβεβλημένην τῇ τριχώσει· ὅπως ἡ οὐλὴ μετὰ ταῦτα κρύπτοιτο ὑπὸ τῆς τῶν τριχῶν ἐπιπτώσεως· εἰ δὲ βύθιον κατὰ τὸν περικράνιον ὑμένα τὸ ὑγρὸν ὑποπίπτοι, ὥστ’ ἢ διαφθαρῆναι μέρος τι αὐτοῦ, ἢ διαγανακτῆσαι καὶ συμπαθῆσαι, τῆς μὲν εὐμορφίας ἥττονα ποιησόμεθα λόγον, τοῦ δὲ ἀσφαλοῦς προνοούμενοι, δύο διαιρέσεις ἐμβαλοῦμεν συμμέτρους, ὡς πρὸς τὸ ἀπόστημα, τὴν μὲν εὐθυτενῆ, τὴν δὲ ἐπικαρσίαν, τεμνούσας κατὰ μεσότητα ἀλλήλας· ὡς τὸ σχῆμα αὐτῶν παραπλήσιον εἶναι τῷ χι γράμματι· οὕτω γὰρ ὁ περικράνιος οὐ διαγανακτήσει πανταχόσε διαιρούμενος· εἰ δὲ κατὰ μέτωπον ἀπόστημα γένοιτο, ἐπικαρσίως διαιροῦμεν μιμούμενοι τὰς φυσικὰς ἐν τῷ μετώπῳ γραμμάς· εἰ δὲ κατὰ ῥίνα, τὴν τομὴν εὐθυτενῆ τάξομεν, κατὰ τὸ μῆκος τῆς ῥινός· εἰ δὲ κατὰ

(1) ’Από τοῦ $\overline{\alpha}$ τῶν ’Αντύλλου χειρουργουμένων· κεφάλαιον τοῦ ὁμοίου.

©BIU Santé

# EX ORIBASII

## COLLECTANEORUM MEDICINALIUM LIBRO XLIV.

### EX ANTYLLI ET HELIODORI CHIRURGIA ABSCESSUUM (1).

FACULTÉ DE MÉDECINE DE PARIS. ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ

I. Si autem in capite superficialis adest abscessus, secabimus incisuram facientes, non secundum longitudinem capillorum, sed transversam subjectam capillitio; ut integra dein latescat capillis in illam cadentibus; si autem profunde sub membrana pericranio humor occurrit, ita ut pars ejus vel corrupta sit vel male affecta vel aliquid simul passa sit, pulchritudinis quidem minorem rationem habebimus, sed saluti prospicientes, duas incisuras injiciemus aequales, alteram quod ad abscessum attinet, rectam, alteram vero transversam, se invicem in medio decussantes, ita ut figura earum similis sit literae X; sic enim pericranium facile feret se ab omni parte dissecari; si autem in fronte abscessus adest, transverse secabimus imitantes naturalia in fronte lineamenta; si autem in naso, plagam recte dirigemus secundum longitudinem nasi; si vero in genis, sub ipsis quidem oculis, lunata incisura utemur, plagae convexitatem deorsum vertentes, ut ad naturalem palpebrarum curvaturam effor-

(1) A. M. pag. 1. Cod. pag. 15.

©BIU Santé



μῆλα, εἰ μὲν ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς, μηνοειδεῖ διαιρέσει χρησόμεθα, τὸ κύρτωμα τῆς διαιρέσεως κάτω στρέφοντες, ἵνα ταῖς φυσικαῖς τῶν ἐποποιῶν περιφερείαις σχηματισθῇ· εἰ δὲ κατωτέρω, κατὰ τὰ λεπτὰ καλούμενα τῆς γνάθου, εὐθυτενῆ τομὴν διελοῦμεν· ἐπεὶ καὶ ἡ ῥυσότης ἡ κατὰ φύσιν τῶν παρειῶν κατ' εὐθύτητά ἐστιν· ὄπισθεν δὲ τοῦ ὠτὸς ὑγροῦ γενομένου, μηνοειδῶς περιγράψομεν, μιμούμενοι τὴν βάσιν τοῦ ὠτός· τραχήλȣ δ' ἐπὶ ἀποστήματος τεμνομένȣ, ἐπὶ μὲν τῶν ὄπισθεν εὐθυτενὴς διαίρεσις ἁρμόδιος, ἐπὶ δὲ τῶν ἔμπροσθεν, ἐπεὶ λιπαρὸν τὸ δέρμα διὰ τὰς ἐπικύψεις καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχῃ, περιελοῦμεν· ἐκ γὰρ τῆς εὐθυτομίας οὐ πάνυ τὶ προσπίπτει τὰ σώματα, οἷα δὴ τοῦ δέρματος ἐγχαλωμένου καὶ ἀφισταμένου τῶν συνεχῶν σωμάτων.

p. 16. 2. Ταῦτα δὲ ποιοῦμεν | καὶ ἐπὶ μασχάλης καὶ βουβῶνος καὶ δακτυλίου, διὰ τὴν ὁμοειδείαν τοῦ δέρματος πρὸς τὸ τοῦ τραχήλου δέρμα· ἐπὶ δὲ μαστῶν (1), παχέων μὲν ὄντων τῶν ἐπικειμένων τῷ πύῳ σωμάτων, ἁπλοτομία γιγνέσθω· λεπτῶν δὲ καὶ ἀνεπιτηδείων πρὸς κόλλησιν, ἐκτεμνέσθω· τὰ μὲν οὖν ἄλλα μέρη τοῦ τιτθοῦ ἀδεῶς περιαιρείσθω· ὁ δὲ πλησίον τῆς θηλῆς τόπος, πεφροντισμένως μηνοειδεῖ περιαιρέσει συντηρουμένης τῆς θηλῆς· ἔν δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς ἀγκῶσιν, ἔν τε ταῖς χερσὶ καὶ δακτύλοις καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν βουβώνων κατωτέρω πᾶσιν, εὐθείας κατὰ μῆκος

(1) Ἀπὸ τοῦ γ τῶν Ἡλιοδώρου χειρουργουμένων· κεφάλαιον περὶ φλεγμονῆς καὶ τοπικῶν ἀποστημάτων.

©BIU Santé



metur. Si vero magis inferiora versus in parte malae tenui dicta, rectam incisuram ducemus; quoniam et rugae naturales genarum rectae sunt; pone aurem humor cum adsit, lunata plaga illam circumdabimus, imitantes basin auris; in collo vero si abscessus secatur, in parte posteriori quidem incisura recta convenit, in anteriori vero, cum pinguis sit cutis ob plicas et facillime cedat, exstirpabimus; si enim recte secemus, nullo modo occurrunt corpora, quippe quum relaxatur cutis et recedit a proximis partibus.

2. Eadem facimus et in axilla et in inguine et in ano, quia cutis structura convenit cum ea cutis colli; in mammis autem, crassae cum sint partes puri impositae, simplex fiat plaga; si vero tenues neque conglutinationi aptae, excidantur; ceterae quidem partes mammae tute exstirpantor; proximus vero papillae locus prudenter lunata incisura servata papilla; in brachiis autem et cubitu manibusque atque digitis omnibusque sub inguinibus positis, rectas secundum longitudinem plagas facimus; si autem sub scapula infra claviculas abscessus oritur, obliqua figura incisurarum adhibenda est ad normam eminentiae ossium harum partium; si vero in spina, recte secabimus, sicut musculi decurrunt; si autem in clunibus, in rotundis quidem et posterioribus partibus, rectis incisuris utimur; in partibus vero femo-

©BIU Santé



διαιρέσεις ἐγχαράσσομεν· εἰ δὲ κατ᾽ ὠμοπλάτην ὑπὸ κλεῖς ἀπόστημα συμβαίη, λοξὸν τὸ εἶδος τῶν τομῶν παραληπτέον κατὰ μίμησιν τῆς ἐξοχῆς τῶν ὀστέων τούτων· εἰ δὲ κατὰ ῥάχιν, εὐθυτενῶς διαιροῦμεν, ὥσπερ οἱ μῦες ἐπιπεφύκασιν· ἐπὶ δὲ πυγῶν, κατὰ μὲν τὰ περιφερῆ καὶ ὀπίσω μέρη, διαιροῦμεν εὐθείαις τομαῖς· κατὰ δὲ τὰ ὑπεσταλμένα καὶ συνεγγίζοντα τοῖς μηροῖς, περιελοῦμεν· συριγγοῦται γὰρ ῥᾳδίως, εἰ μὴ περιαιροῖτο ἐκ πλάτους· ὁμοίως δὲ εἰ καὶ περὶ τὸν σφικτῆρα ὑγρὸν γένοιτο τὸ εἶδος τῆς διαιρέσεως ἐπικάρσιον ἐπιτηδευέσθω· ταύτῃ γὰρ αἱ στολίδες πεφύκασι.

3. Δεῖ δὲ (1) ἐν τῷ καιρῷ τῆς κατουλώσεως κασσιτέρινον σωλῆνα κυκλοτερῆ ἐντιθέναι, ἔξωθεν μὲν, ἀχανῆ· εἰς δὲ τὸ βάθος, περιφερῆ τρῆμα μέσον ἔχοντα πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων ἀποδόσεις· μέχρι τέλους δὲ τῆς θεραπείας ἐγκείσθω ὁ σωλὴν πρὸς τὴν ἐν διαστολῇ κατούλωσιν· ἐπὶ δὲ πλευρῶν καὶ στέρνων τὸ εἶδος τῆς διαιρέσεως ἐπικάρσιον ἐπιτηδευές· ταύτῃ γὰρ καὶ αἱ πλευραὶ πεφύκασιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιγαστρίου, διὰ τὸ τὰς φυσικὰς στολίδας αὐτοῦ πάσας ἐπικαρσίους εἶναι· ἐπὶ δὲ ὀσχέου καὶ καυλοῦ, τομαῖς εὐθυτενέσι χρηστέον· καὶ τὸ σύνολον, εἰδέναι χρὴ ὅτι τὰ σχήματα τῶν διαιρέσεων διδασκόμεθα ἐκ τῆς ἐπι-
p. 17. βλέ||ψεως τῆς πρόσθεν πρὸς τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ εὔμορφον· γραμμὰς μὲν γὰρ φυσικὰς ἀπομιμούμενοι διὰ τῆς τομῆς, ἐπὶ τὸ εὔμορφον ποιούμεθα

(1) Ἀπὸ τοῦ δ̅ τῶν Ἡλιοδώρου χειρουργουμένων· κεφάλαιον περὶ τῶν ἐν τῇ ἕδρᾳ ῥαγάδων καὶ κονδυλωμάτων.

©BIU Santé



ribus subjectis iisqne proximis, exstirpabimus; facile enim fistulae oriuntur, nisi late exstirpetur; eodem modo autem si et circa sphincterem humor adest, directio incisurae transversa paretur; hac ratione enim plicae decurrunt.

3. Oportet autem tempore cicatricis formationis, stanneum tubum circularem immittere, a parte externa quidem, clausum, ab interna vero, rotundum foramen habentem in medio ad flatus evacuandos; usque ad finem curae loco maneat tubus, ut cicatrix inducatur sine contractione; in costis et sterno figura incisurae transversa convenit; eadem enim directione costae decurrunt; eodem modo et in epigastrio, quod naturales ejus plicae omnes sunt transversae; in scroto autem et in pene incisuris rectis utendum; et in universum scire oportet figuras plagarum nos discere ex praegressa consideratione salutis et decoris; lineamenta enim naturalia incisione imitantes, decoris rationem habemus; recte autem secantes, uti in artubus et tendinibus, saluti prospicimus, ne quid nervorum vel vasorum propter transversam incisionem dissecare cogamur; oportet nem-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 25 sur 214

τὴν ἀναφοράν· εὐθυτενῶς δὲ τέμνοντες, οἷον ἐπὶ τῶν κώλων καὶ τῶν τενόντων, τῆς ἀσφαλείας προνοούμεθα, ἵνα μὴ τῶν νεύρων καὶ τῶν ἀγγείων ἐκ τῆς ἐπικαρσίου διαιρέσεως ἀναγκασθῶμεν διελεῖν τί· χρὴ μέντοι γινώσκειν ὡς οὐκ ἐπίσης ὀφειλόντων ἀποβλέπειν ἡμῶν πρός τε τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ εὐπρεπές· πανταχοῦ γὰρ προσεχέστερον τὸ τῆς ἀσφαλείας τίθημι.

4. Πάλιν ἐπὶ μὲν τῶν μικρῶν ἀποστημάτων, μιᾷ διαιρέσει χρησόμεθα, καθὸ λεπτότατα αὐτὰ ἑαυτῶν εὑρίσκεται τὰ σώματα· ἐπὶ δὲ τῶν μειζόνων, πλείοσι διαιρέσεσι χρώμεθα· τέμνοντες γὰρ ᾗ λεπτότατον τὸ δέρμα, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκκρίνοντες, καθίεμεν τὸν λιχανὸν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς διὰ τῆς διαιρέσεως εἰς τὸν κόλπον· ἔπειτα πανταχῇ περιάγοντες αὐτὸν, τὸ μέγεθος τοῦ κόλπου κατανοοῦμεν· εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἕν τι μέρος ὁδηγεῖτο ὁ δάκτυλος, τῶν πέριξ ἀπαθῶν ὄντων, καθ' ὁπότερα ὑγιὲς ᾖ τοῦ κόλπου, κατὰ ταῦτα κυρτώσαντες αὐτὸν καὶ περιτείναντες τὴν σάρκα, δευτέραν ἐμβαλοῦμεν διαίρεσιν, τὸ αὐτὸ σχῆμα ἔχουσαν τῇ προτέρᾳ· εἰ δὲ ὁ κόλπος ὁ περιέχων τὸ ὑγρὸν εὐθυτενὴς μὲν εἴη, τύχῃ δὲ πολὺ ἐπιμηκέστερος τοῦ δακτύλου, μετὰ τὴν δευτέραν διαίρεσιν κομισάμενοι τὸν δάκτυλον, πάλιν διὰ τῆς δευτέρας αὐτὸν καθήσομεν· καὶ τρίτην ἄλλην ἐμβαλοῦμεν ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ παραπλησίως· εἰ δὲ πλατὺς εἴη καὶ περιφερὴς, στομώσομεν ᾗ λεπτότατος ὑποπίπτει· καθέντες δὲ τὸν δάκτυλον, τὴν μὲν τινὰ διαίρεσιν κατωτέρω τῆς πρώτης ἐμβαλοῦμεν, τὴν δὲ ἀνωτέρω, εἰ τύχῃ κᾀνταῦθα τίς

©BIU Santé



pe intelligere nos non aequali ratione spectare debere et salutem et decus; ubique enim salutis consideratio mihi majori curae est.

4. In parvis quidem abscessibus una incisura utemur, ubi tenuissima reperiuntur ipsa eorum integumenta; in majoribus autem pluribus incisuris utimur; secantes enim ubi tenuissima est cutis et humorem excernentes, per plagam digitum indicem sinistrae manus immittimus in sinum; dein quaqua versum illum circumagentes magnitudinem sinus observamus; si vero igitur ad aliquam partem ducitur digitus, sanis partibus circumdatam, ubicunque sanum est in sinu, illuc eum incurvantes et tendentes carnem circum eum, secundam injiciemus plagam, eandem figuram habentem ac prima; si autem sinus humorem continens rectus quidem est, sed digito multo longior, post secundam incisionem immittentes digitum, rursus per secundam plagam illum imponemus, et tertiam denuo secundae addemus eodem modo; si autem latus et rotundus sit, aperiemus ubi tenuissima pars occurrit; immittentes autem digitum, aliam quidem incisuram infra primam faciemus, aliam vero supra illam, si et illic aliquis se ostendat canalis et alias adhuc incisu-



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 27 sur 214

διασημαίνειν ὑποφορά· ἄλλας δὲ ἐκ πλαγίων τῆς πρώτης καὶ τῆς μετὰ τὴν πρώτην, πάσας μὲν
p. 18. τοιαύτας ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκτεινο|μένας μέρος.

5. Στοχασμὸς δὲ γινέσθω μάλιστα τοῦ τὰς ὑστάτας διαιρέσεις τὰς πρὸς τοῖς πέρασι τοῦ κόλπυ παρ' αὐτὴν τὴν ὑγιαίνυσαν καὶ μὴ ἀφεστηκυῖαν σάρκα ἐμβάλλεσθαι· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο γένοιτο, ἀλλ' ὑπολείποιτό τις χώρα κεκολπωμένη, δυναμένη φυλάττειν ὑγροῦ τι μέρος ἐν ἑαυτῇ, μείζων ὁ κόλπος γενήσεται· τῶν ὑγρῶν διασηπόντων ἐκεῖνα τὰ μέρη, καθ' ἃ ἂν ὑφίστασθαι τύχοι· εἰ μὲν οὖν ὑπόπλατυ τὸ ἀπόστημα τύχοι καὶ μὴ πάνυ ἐξογκώμενον, εὐθυτομήσομεν· εἰ δὲ κυρτὸν ἰσχυρῶς εἴη καὶ περίογκον εἰς ὀξεῖάν τε ἀνατεῖνον κορυφὴν, περιαιρέσει χρησόμεθα· μεγάλῃ μὲν, εἰ καὶ αὐτὸς ὁ τόπος προκαλοῖτο τὴν περιαίρεσιν, ὡς μασχάλη καὶ βουβὼν καὶ τὰ περὶ τὸν δάκτυλον· εἰ δ' ὁ μὲν τόπος, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, παραιτοῖτο τὴν περιαίρεσιν, τὸ δὲ ἀπόστημα διὰ τὸ ἰσχυρῶς κεκορυφῶσθαι, τὴν τῆς περιαιρέσεως ἀνάγκην ἀνάγοι, μικρᾷ χρησόμεθα.

6. Χρὴ δὲ περιδιαιρεῖν τὸν τρόπον τοῦτον· μετὰ τὸ σημειώσασθαι τὸν περιαιρεθησόμενον τόπον, διαγράψομεν τὸ βάθος μυρσινοειδῶς· εἶτ' ἄγκιστρον καταπείραντες εἰς μέσον τὴν περιγεγραμμένην σάρκα, καὶ ἀνατείναντες ἰσχυρῶς διὰ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς, πᾶν τὸ περιχαραχθὲν ἐκτεμοῦμεν· ταῦτα δὲ ποιήσομεν, κἂν τὰ ἐπεστορεσμένα σώματα τῷ ἀποστήματι λεπτὰ ἢ νενεκρωμένα εἶναι τύχοι· εὐδόκιμος γὰρ ἐφ' αμφοῖν τούτοιν ἡ περιαίρεσις ἐστί· μέτρον δὲ τῆς περιαιρέ-

©BIU Santé



ras ad latera primae et sequentis, omnes quidem eodem modo ad eandem partem tendentes.

5. Quam maxime autem curandum, ut ultimae incisurae quae fiunt in finibus sinus ad ipsam sanam usque et non abscedentem carnem perducantur; nisi enim haec fiant, verum relinquatur aliqua plaga sinu excavata, quae aliquam humoris partem intus servare potest, major sinus fiet, humoribus putredinem excitantibus in illis partibus, ubi desident; si autem latiusculus sit abscessus neque valde tumeat, recte secabimus; si vero valde sit convexus turgeatque et ad acutum evehatur cacumen, exstirpatione utemur; magna quidem, si et ipse locus praecipit exstirpationem, uti axilla et inguen et quae anum circumdant; si vero locus per se dissuadet exstirpationem, abscessus tamen, quod tam graviter turget, exstirpationis necessitatem adducit, parva utemur.

6. Oportet autem exstirpare sequenti ratione; postquam designatus est locus exstirpandus, circumscribemus illum ad formam myrtei folii, dein uncum defigentes in media circumscripta carne illumque fortiter sinistra manu attrahentes, omne circumscriptum excidemus; eadem et faciemus, si corpora abscessui superstrata tenuia sint et emortua; probanda enim in ambobus his casibus exstirpatio; finis autem exstirpationis sit ip-

σεως, αὐτὸ τὸ λελεπτυσμένον ἢ νενεκρωμένον ἔστω σῶμα· τοσαῦτα περὶ τῆς χειρȣργίας τῶν ὑποπιπτόντων ἀποστημάτων· ἑξῆς δὲ περὶ τῆς θεραπείας λεκτέον.

---

## II. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρȣ περὶ τῶν ἐν καταλύψει ἀποστημάτων. (1)

Ἐὰν μὲν οὖν ὁ πεπονθὼς τόπος ὑποπίπτῃ χειρȣργίᾳ, συνεργεῖν δεῖ τῇ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ῥοπῇ τοῦ ἀποστήματος διὰ πυριῶν θερμῶν καὶ ἐπισπαστικῶν καταπλασμάτων τε καὶ ἐμπλάστρων·
p. 17b. τοῦ δὲ ἀποστήματος || — ὑπὸ σύῤῥηξιν ἀγομένȣ, τἀναντία δεῖ ποιεῖν, καὶ συνεργεῖν τῇ εἰς βάθος ὁρμῇ πρὸς τὴν ἀναστόμωσιν· τῇ μὲν ἐπιφανείᾳ προσάγοντας τῶν στυφόντων καταπλασμάτων τῶν διὰ φοινίκων γε καὶ θαλλίας φύλλων καὶ σιδίων καὶ μήλων· πόματα δὲ διδόντας θερμαίνοντα οἷα τὰ διὰ πεπέρεος σμύρνης πηγάνȣ ὀποῦ· ἵνα τῆς ἐπιφανείας στελλομένης καὶ τοῦ βάθȣς θερμαινομένȣ καὶ ἐρεθιζομένȣ λεπτυνθὲν τὸ ἀπόστημα ἀναστομωθῇ. ἐπὶ δὲ τῶν ὑποπιπτόντων ἀποστημάτων τοῖς τῆς χειρȣργίας ἔργοις τελείας ἐκπυήσεως γενομένης, ἐπὶ τὴν χειρȣργίαν ἥκειν δεῖ.

(1) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\gamma}$ τῶν χειρουργουμένων· κεφάλαιον, τίνες τῶν ἀφισταμένων τόπων ὑποπίπτουσιν χειρουργίᾳ, καὶ τίνες διαίτῃ καὶ φαρμακείᾳ.

©BIU Santé



sum attenuatum et emortuum corpus; tantum de chirurgia occurrentium abscessuum; deinceps de therapia dicendum.

---

## II. *EX HELIODORI LIBRO DE OCCULTIS ABSCESSIBUS.*

Si affectus quidem locus Chirurgiae est subjectus, favere oportet motui abscessus exteriora versus balneis calidis et impositis cataplasmatibus et emplastris; abscessus vero rupturae cum sit propior, contraria facere convenit motuique inferiora versus favere quo facilior fiat apertura; ad superficiem quidem attrahentes abscessum ope adstringentium cataplasmatum ex palmarum et thalliae foliis et ex malicorio malisque; potus dantes calidos ex pipere, myrrha et rutae succo; ut, dum superficies contrahitur et fundus calefit et irritatur, attenuatus abscessus aperiatur; in abscessibus autem, qui chirurgiae auxilium postulant, perfecta suppuratione, ad chirurgiam transire oportet.

---

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 31 sur 214

©BIU Santé



## III. *Τῶν ἐν μεσοπλευρίῳ ἀποστημάτων χειρουργία.* (1)

1. Σχηματιζέσθω ὁ κάμνων κεκλιμένος ἐπὶ τὸ ὑγιὲς πλευρόν· πρὸς δὲ τὴν διαίρεσιν αἱρεῖσθαι δεῖ μεσοπλεύριον τὸ μεσαίτατον τοῦ ὄγκȣ καὶ τῶν ἄλλων πλατύτερόν τε καὶ ἐκτικώτερον· ἡ δὲ διαίρεσις διδόσθω πλαγία μὲν ὑπόλοξος δὲ πρὸς τὸ τοῦ μεσοπλευρίȣ σχῆμα· τεμνέσθω δὲ πρῶτον μὲν τὸ δέρμα· καὶ πρὸ τῆς τοῦ ἀποστήματος στομώσεως διὰ τῶν τῆς διαιρέσεως χειλῶν ἀγκτῆρες ῥαμμάτινοι διεκβαλλέσθωσαν τέσσαρες, δύο καὶ δύο· δίκαιον δὲ χρείαν ὕστερον εἴσεσθαι. μετὰ τὴν τῶν ἀγκτήρων διεκβολὴν τῷ τοῦ σμιλαρίȣ κόρακι στομούσθω τὸ ἀπόστημα· ἅμα δὲ καὶ τῷ δακτύλῳ διαρτάσθω τὸ καταλελειμμένον συνεχὲς σῶμα· μέγεθος δὲ τῆς τομῆς σύμμετρον ἔστω ὡς διδάκτυλον ἢ καὶ ἔτι μεῖζον· τῇ δὲ πρώτῃ ἐνεργείᾳ· μὴ ὅλον ἐκλαμβανέσθω τὸ πύον· ἡ γὰρ ἀθρόα ἔκκρισις τετήρηται τὸν κατὰ λειποθυμίαν κίνδυνον ἐπιφέρȣσα.

2. Ἐκληφθέντος (2) δὲ τοῦ ὑγροῦ, σπόγγον μάλα μὲν λινῷ διαδεδεμένον ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ἐντιθέσθω, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸ καταλελειμμένον ὑγρὸν ἐπέρχηται· εἶτα τιλτοῖς μότοις χρηστέον καὶ πτυγματίῳ διπτύχῳ ἢ τριπτύχῳ τῷ καλȣμένῳ μο-
p. 18b. νοφύλακι· κατὰ δὲ τούτȣ οἱ ἀγκτῆρες | ἀμματιζέσθωσαν τοπικοῦ κρατήματος χάριν· εἶτα ἔξωθεν ἐπιμοτούσθω ἡ τομὴ τιλτοῖς οἰνελαίῳ βεβρεγ-

(1) *Ἀπὸ τοῦ γ̄ τῶν χειρουργουμένων κεφ. τοῦ ὁμοίου.*

(2) *Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.*

©BIU Santé



## III. *DE ABSCESSUUM INTER DUAS COSTAS CHIRURGIA.*

1. Decumbat aegrotus in sanum latus versus; ad incisionem autem eligere oportet locum inter duas costas medium in media tumoris parte ceteris ampliorem et aptiorem; incisura autem fiat transversa et paululum obliqua ad formam spatii inter duas costas; secetur autem primum cutis; et antequam abscessus aperiatur, per plagae labia trajiciantur fibulae sutoriae quatuor, per quodvis labium duae. Licebit postea harum utilitatem perspicere; fibulis immissis scalpelli mucrone aperiatur abscessus; simul digito diducantur contiguae relictae partes; plaga autem magnitudine aequalis sit duobus digitis vel et adhuc major; prima operatione ne omne excernatur pus; integrum enim effluvium periculum animi deliquii afferre observarunt.

2. Excreto autem humore, spongia firmiter filo adligata plagae imponatur, ut per illam reliquus humor transeat; dein linamentis carptis utendum et linteo bis vel ter plicato motophylace dicto; dein fibulae connectantur ut loco fulcimentum praebeant; dein exterius circumdetur plaga linamentis carptis, vino oleo mixto imbutis extraque imponatur communis motophylax et toti pectori lana vino oleo mixto madefacta;

©BIU Santé



μένοις· καὶ ἔξωθεν ὁ κοινὸς μοτοφύλαξ ἐπιτιθέσθω, καὶ ὅλῳ τῷ θώρακι ἔριον οἰνελαίῳ βεβρεγμένον· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἢ τρίτῃ λυέσθω· καὶ πάλιν μέρος τοῦ ὑγροῦ αὔταρκες κενούσθω· γινέσθω τε ταῦτα καὶ ταῖς ἑξῆς, ἵνα τρισὶν ἢ πλείοσιν ἐπιβολαῖς τὸ τοῦ ὑγροῦ πλῆθος πᾶν κομισθῇ.

3. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὰ ἀποστήματα ταῦτα κινδυνώδη ἐστὶ, τὸν ἄριστον ἰατρὸν χρὴ προγινώσκειν τὸν ὀλεθρίως ἔχοντα καὶ τὸν σωτηριῶδες· ὀλεθρίως μὲν οὖν ἔχων ὁ πάσχων μετὰ τὴν τοῦ ὑγροῦ ἔκκρισιν ἀσώδης ἐστὶ, καὶ δυσόρεκτος καὶ δύσπνους καὶ ποτε καὶ βήσσει μετ᾽ ἀγρυπνίας καὶ ἀσθενείας τῆς δυνάμεως· καὶ τοῦ ὑγροῦ κενουμένου καθ᾽ ἡμέραν πάλιν συλλέγεται δαψιλὲς δυσῶδες· καὶ φθειρομένου τοῦ ὑπεζωκότος ὑμένος καὶ ἀπολύματα φανήσεται ἐμφερόμενα τῷ ὑγρῷ· σωτηρίως δὲ διακειμένου τοῦ νοσοῦντος, τὰ ἐναντία συνεδρεύει· καὶ χρὴ μετὰ τὴν παντελῆ τοῦ ὑγροῦ ἔκκρισιν τὸν λιχανὸν δάκτυλον καθιέναι, καὶ σκοπεῖν πότερον γυμναὶ εἰσὶν αἱ πλευραὶ ἢ λελιπασμέναι ἢ σκέπονται ὑπὸ σωμάτων· ἐὰν οὖν ἔτι σκέπων τῷ ὑπεζωκότι ὑμένι γινέσθω κατάντλησις δι᾽ ὕδατος εὐκράτου· εἶτ᾽ ἐγκλυζέσθω τὸ βάθος μελικράτῳ· καὶ κλινέσθω ὁ πάσχων πρὸς τὸ πάσχον μέρος· τὸ δ᾽ ἐναπομεῖναν ἐρίῳ περὶ μηλωτρίδα εἰλημμένῳ ἀναρπαζέσθω· εἶτ᾽ ἐγχυματιζέσθω μέλι λεῖον ὠμὸν ἢ μετρίως ἀπεζεσμένον· φάρμακα γὰρ λιπαίνοντα ἐπὶ τῶν ἀποστημάτων τούτων ἐστὶν ἀθέατα· τὸ δὲ μέλι διὰ βαρύθητα ὑποτρέχον καὶ τὸ ὑγρὸν ἀνακουφίζον πρὸς ἔκκρισιν ἄγει.

©BIU Santé



secundo aut tertio die solvantur fasciae et rursus sufficiens humoris quantitas evacuetur; fiat illud et sequentibus diebus, ita ut tribus vel pluribus tota humoris copia sit evacuata.

3. Sed cum hi abscessus sint periculosi, optimum medicum statim distinguere oportet perniciosum et qui bonum habebit exitum. Pernicies autem si imminet, aegrotus post humoris effusionem nausea laborat, difficulter se erigit et respirat atque subinde tussit insomnia cum virium languore correptus; et humore evacuato quotidie rursus colligitur magna copia mali odoris; atque destructa succingenti membrana ejus reliquiae quoque apparebunt humori innatantes; si vero ad sanitatem perducetur aegrotus, contraria obtinent; et oportet omni omnino humore evacuato indicem digitum imponere et inquirere num costae nudae sint an pinguedine coopertae an corporibus tegantur; si igitur etiam quid adest illas tegens, in succingentem membranam fiat infusio aquae purae; dein in fundum injiciatur mulsum; et decumbat aegrotus in latus affectum; reliquus autem humor lana circa specillum contorta extrahatur; dein instilletur mel leniter crudum vel paululum coctum; medicamenta enim pinguefacientia his abscessibus non sunt imponenda; mel autem propter gravitatem humorem subiens et sublevans eum excerni curat.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 35 sur 214

4. Μετὰ τὴν τοῦ μέλιτος ἔκχυσιν, λημνίσκοι
καθιέσθωσαν· καὶ τότε ἡ τομὴ τιλτοῖς μότοις δι-
αστελλέσθω· καὶ οὕτως οἱ ἀγκτῆρες ἀμματιζέσ-
p. 19. θωσαν· περιμοτούσθω δὲ τὰ πλησίον μέρη || —
καὶ κατ᾽ αὐτοῦ ὅλου τοῦ πλευροῦ σπλήνιον κεκα-
ρωμένον ἐπιτιθέσθω· τοῦ δὲ βάθους ῥευματιζομέ-
νου, κατάπλασμα στιπτικὴν ἔχον δύναμιν ἔξωθεν
ἐπιτιθέσθω τοῦ σπληνίου· ταῦτα γινέσθω ταῖς ἑξῆς
ἡμέραις ἕως οὗ καθαρθῇ καὶ σαρκωθῇ τὸ βάρος·
ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῆς θεραπείας χρόνῳ οἱ ἀγκιστῆ-
ρες διακοπτόμενοι κομιζέσθωσαν· οὗτος ἐστὶν ἄ-
ριστος τρόπος τῆς θεραπείας ἐν αὐτῷ τῷ ὑμένι
συλλεγέντος τοῦ ὑγροῦ· μεταξὺ δὲ τῶν πλευρῶν
καὶ τοῦ ὑμένος συλλεγέντος μετὰ τὴν ἀσφαλῆ
τοῦ ὑγροῦ ἔκκρισιν, ὁρμῆσαι δεῖ ἐπὶ τὴν τῶν
πλευρῶν ἐκκοπήν· ἐκθήσομαι δ᾽ αὐτὴν ἑπομένως.

---

IV. (III.) *Περὶ ἐκκοπῆς πλευρῶν.*

1. Ἐκτεμνέσθω τὰ σκέποντα τὴν πλευρὰν,
ἢ τὰς πλευρὰς σώματα, ὑπό τε τετραγώνου τῆς
ἐκτομῆς ὑπὸ μήκους σχηματιζομένης· πρὸς δὲ
τὴν περιχάραξιν, διδόσθω μία πρώτη πλαγία δι-
αίρεσις κατὰ μεσοπλευρίου ὑπὸ τὴν δεομένην ἐκ-
κοπῆς πλευρὰν λελοξωμένη πρὸς τὸ τοῦ μεσο-
πλευρίου σχῆμα, εἰς ὃ καταπειρέσθω ἄγκιστρον,
καὶ ἀνατεθὲν ἐκτεμνέσθω· καὶ οὕτως αἱ πλευραὶ
ψιλούσθωσαν· καὶ τῇ δεομένῃ πλευρᾷ ἀναιρέσεως

©BIU Santé



4. Post mellis instillationem, linamenta oblonga imponantur et tum incisura linamentis carptis diducatur; et dein fibulae connectantur; linamentis autem carptis circumdentur proximae partes et toti lateri imponatur emplastrum somniferum; fundo autem fluxione affecto, cataplasma stipticam vim habens extra imponatur emplastro; eadem fiant sequentibus diebus donec purgatus et carne tectus sit fundus; in medio autem curationis tempore fibulae quippe secantes, educantur; haec est optima curandi ratio in ipsa membrana collecto humore; inter costas vero et membranam collectus cum adsit tuto excreto humore transeandum est ad costarum excisionem; hanc autem mox explicabo.

---

## IV. (III.) *DE EXCISIONE COSTARUM.*

1. Excidantur quaecunque costam sive costas tegunt corpora, incisura ad figuram quadrati in longitudinem porrecti efformata; ut illa autem circumscribatur, fiat primum una incisio transversa in spatio inter duas costas oblique sub excidenda costa directa ad formam hujus spatii, in quod defigatur uncus et pars extensa excidatur; et sic costae denudentur; et costae exstirpandae specilli lati vel meningophylacis lamina suppo-

©BIU Santé



πλατυμήλης ἢ μηνιγγοφύλακος ἔλασμα ὑπερει-
δέσθω ἕδρας χάριν· καὶ ἡ ἀκμὴ τοῦ τρυπάνου
στηριζέσθω κατὰ τὸ ἐψιλωμένον μέρος τῆς πλευ-
ρᾶς πρὸς τοῖς κατὰ φύσιν σώμασι· καὶ γινέσθω ἡ
ἐνέργεια· κἂν ὑποπέσῃ τῷ ἐνεργοῦντι κενεμβατῆ-
σαι, τὸ ἔλασμα τῆς μήλης παραγαγέτω ὑπὸ τὸ
τετρημένον μέρος· ὅλον δὲ δι' ὅλου τὸ τῆς πλευ-
ρᾶς πάχος τετράσθω· καὶ ἤτοι δύο τὰ πάντα
διδόσθω τρήματα, ἓν καὶ ἓν στενῆς οὔσης τῆς
πλευρᾶς· ἢ δύο καὶ δύο, πλατυτέρας οὔσης.

2. Τὸν δὲ τρόπον τῆς τῶν τρημάτων δόσεως
ἐκτίθεμεν ἐν τῷ περὶ τῶν τοῦ κρανίου λόγῳ· καθά-
Ἀπὸ τοῦ περ * καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐκκοπῆς· διακοπτέσθω
αὐτοῦ. δὲ τῆς πλευρᾶς καθ' ἓν μέρος τὸ πλεῖον πάχος,
p. 20. καὶ λεπτὴ συνέχεια καταλιπέσθω· εἶτα | τότε τὸ
ἕτερον διὰ τῶν ἐκκοπέων διαιρείσθω ὅλον· τούτου
γενομένου, δακτύλοις ἢ ὀστάγρᾳ συνεχέσθω ἡ
πλευρὰ, ἵνα ἡ καταλελειμμένη λεπτὴ συνέχεια
μιᾷ ἐπιβολῇ τῇ τοῦ σμιλίου τοῦ ἐκκοπέως ἀκμῇ
διακοπῇ· κἂν μὲν ᾖ ἁπαλὰ τὰ τῆς πλευρᾶς ἄκρα,
ἀρκεῖσθαι δεῖ· ἀνώμαλα δὲ ὄντα, ῥίνῃ ὁμαλίζειν·
ταῦτα ποιοῦμεν ἐπὶ τῶν ὀστωδῶν πλευρῶν.

3. Ἐπὶ δὲ τῶν χονδρωδῶν, ἐκτέμνειν χρὴ καὶ
ἀναιρεῖσθαι διὰ σμιλίου βαρυτάτου ἢ κατὰ ἐνέρ-
γειαν ἀκμῇ σμιλίου τοῦ ἐκκοπέως· οὔτε γὰρ ἀν-
τέρεισις ἐπὶ χονδρώδους πλευρᾶς παραλαμβάνεται,
οὔτ' ἐκκοπὴ διὰ τὴν ἁπαλότητα τῆς οὐσίας· ἐκ-
τεμνέσθω δὲ μὴ μόνον τὸ λελιπασμένον μέρος τοῦ
χόνδρου, ἀλλὰ καὶ τινα τῶν κατὰ φύσιν τῆς
πλευρᾶς· μετὰ δὲ τὴν τῶν πλευρῶν ἀναίρεσιν,
λημνίσκοις ἀναπληρούσθω τὸ τῆς ἐκτομῆς κοίλω-

©BIU Santé



natur ad fulciendum; et mucro terebrae figatur in parte denudata costae prope naturalia corpora; et fiat operatio; atque si accidat chirurgum ad locum vacuum pervenire, lamina specilli adducatur sub perforatam partem; in universum autem totius costae crassities perforetur; et sane duo omnino parentur foramina a quovis latere unum, si angusta sit costa; vel a quovis latere duo, si latior sit.

2. Rationem autem qua foramina formentur, exponimus, ubi de morbis calvariae agimus, uti et excidendi rationem; dissecetur autem in altera costae parte maxima crassitiei pars atque tenuis relinquatur cohaerentia; dein tunc altera pars scalpris dissecetur tota; hoc facto digitis vel forcipe teneatur costa, ut relicta tenuis cohaerentia una applicatione mucronis scalpri excisorii dissecetur; atque si quidem laeves sunt costae margines, finem operationi imponere oportet; si vero inaequales, lima laevigare; haec facimus in costis osseis.

3. In cartilagineis autem, excidere oportet et exstirpare ope scalpri gravissimi vel mucrone scalpri excisorii fortiter adhibiti; neque enim fulcimentum in cartilagineis costis adhibetur, neque eadem excidendi ratio ac in osseis propter mollitiem substantiae; ne autem exsecetur solummodo pinguefacta pars cartilaginis verum et nonnullae partes costae sanae; post costarum excisionem oblongis linamentis implea-

©BIU Santé



μα· καὶ τὰ πρόχειρα μέρη τιλτοῖς μότοις ἀναπληρούσθω· καὶ κατὰ τοῦ μοτοφύλακος ὅλȣ τοῦ θώρακος ἔριον οἰνελαίῳ βεβρεγμένον ἐπιτιθέσθω· εἶτ' ἐπιδρύσθω· μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν πρὸς τὴν σάρκωσιν ἐγκρίνειν δεῖ ἐμπλάστρους κεφαλικὰς ἀνιεμένας ῥοδίνῳ· τὰ γὰρ λιπαίνοντα φάρμακα ἀνοίκεια σύνεστιν, ὅτι πλευρῶν ἄκρα γεγύμνωται· καὶ λιπαινόμενα πρὸς τοῖς ἐσχάτοις τῆς θεραπείας συριγγοῖ τοὺς τόπȣς μετὰ τὴν σάρκωσιν· ὑπτία οὖσα ἰσόπεδος ἡ ἕλκωσις κατȣλούσθω.

---

## V. (IV.) *Περὶ περιτοναίȣ, καὶ τοῦ μεταξὺ ἐπιγαστρίȣ καὶ περιτοναίȣ ἀποστήματος.*

Ἐπὶ τοῦ περιτοναίȣ τόπȣ τὲ τοῦ μεταξὺ ἐπιγαστρίȣ καὶ περιτοναίȣ, ἡ αὐτὴ χειρȣργία γιγνέσθω· διαιρεῖται γὰρ ἕως τοῦ πύȣ τὰ σκέποντα σώματα, τοῦ πάσχοντος ὑπτίȣ σχηματισμένȣ· καὶ τἄλλα γίνεται, ὡς ἐπὶ θώρακος· ἄμεινον δ' ἔστι μετὰ τὴν παντελῆ τοῦ ὑγροῦ ἔκκρισιν τὸν δάκτυλον εἰς βάθος καθιέναι, καὶ διαίρεσιν εἰς ὑπόῤῥυσιν διδόναι· ὀλίγȣ δ' ὄντος τοῦ συλλεχθέν-
p. 21. τος || ὑγροῦ, κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἡ ἔκκρισις τοῦ παρακειμένȣ γινέσθω, ὡς ἐπὶ τῶν ἐν ἐπιφανείᾳ ἀποστημάτων.

---

©BIU Santé



tur cavum excisione formatum; et proximae partes linamentis carptis repleantur; atque super motophylace toti pectori imponatur lana vino oleo mixto imbuta; dein firmetur; post depurationem autem imponere oportet emplastra capitalia roseo mixta ut caro inducatur; pinguefacientia enim medicamenta omnia non conveniunt, quoniam costae margines sunt denudatae; et pinguefacientia sub finem curationis fistulis originem praebent in illis locis post carnis inductionem; superior ulceratio cum sit plana, cicatrix inducatur.

## V. (IV.) *DE PERITONAEI ET SPATII INTER EPIGASTRIUM ET PERITONAEUM ABSCESSU.*

In peritonaeo et spatio inter epigastrium et peritonaeum eadem sit chirurgia; dissecentur nempe integumenta usque ad pus, aegroto resupino decumbente; et cetera fiunt uti in pectore; melius autem est post universam humoris detractionem digitum fundo imponere et incidere super loco unde pus defluxit; parcus cum sit humor collectus una vice effluvium reperti fiat sicut in superficialibus abscessibus.

©BIU Santé



## VI. (V.) *Περὶ ἥπατος καὶ σπληνὸς αποστήματος.*

Ἐπὶ τῶν ἐν ἥπατι καὶ σπληνὶ ἀποστημάτων δοκεῖ μοι δεῖν τέμνειν ἢ καίειν, διαιρείσθω δὲ τὰ ἐπικείμενα τῷ σπλάγχνῳ σώματα ἐπιγάστριον καὶ περιτόναιον· καὶ πλείστης οὔσης συλλογῆς διεκβαλλέσθωσαν ἀγκτῆρες διὰ τῶν τοῦ ἐπιγαστρίου χειλῶν· τότε τὸ ἀπόστημα διαιρείσθω, πάλιν πρὸς δύναμιν ἐκκρινομένου τοῦ ὑγροῦ· πρὸς δ᾽ἐποχὴν τοῦ καταλελειμμένου, ὡς δ᾽ ἤδη ἐῤῥέθη, σπογγίου μαλακοῦ ἐντιθεμένου· γιγνέσθω δὲ καὶ τὰ ἑξῆς οἷα ἐπὶ τοῦ θώρακος εἴρηται· ὀλίγον δὲ ὂν τὸ ὑγρὸν, σύμπαν κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἐκκρινέσθω· εἴωθε μὲν οὖν σαρκουμένης τῆς ἐν τῷ βάθει ἑλκώσεως, συνσαρκοῦσθαι καὶ τὰ χείλη τοῦ ἐπιγαστρίου καὶ τοῦ περιτοναίου, ὥστε μὴ συνούλωσιν τῆς τομῆς γίνεσθαι· ἐὰν δὲ φθάσῃ ἐπουλωθῆναι ἡ τοῦ σπλάγχνου ἕλκωσις, ἀναιμασσέσθω τὰ τῆς τομῆς χείλη, καὶ ῥαπτέσθω πρὸς κόλλησιν· ἐὰν δὲ ποτε τὸ ἐν ἥπατι καὶ σπληνὶ ἀπόστημα ἀναστομωθῇ, ὡς τὸ ὑγρὸν προχεόμενον ὑποδραμεῖν τὸ περιτόναιον καὶ περιχυθῆναι τοῖς σπλάγχνοις, ἐὰν μὲν ᾖ πλῆθος τὸ προκεχυμένον, ὡς ἀναλογεῖν πλήθει τῷ ἐπὶ ὕδρωπος, παρακεντήσει χρώμεθα· ὀλίγου δ᾽ ὄντος τοῦ κεχυμένου, τοπικὴ γινέσθω διαίρεσις τοῦ ἐπιγαστρίου καὶ τοῦ περιτοναίου· εἶτα ὅταν φθανῇ τοῦ σπλάγχνου στόμωσις, ἐπιδιαιρείσθω πρὸς τὴν τοῦ ἀποστήματος ἀνασκευήν· καὶ τότε τὰ ἀκόλουθα γιγνέσθω, ὅσα μικρῷ πρόσθεν εἴρηται.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 42 sur 214

©BIU Santé



## VI. (V.) *DE HEPATIS ET LIENIS ABSCESSU.*

In hepatis vel lienis abscessibus, ut mihi videtur, oportet secare vel urere, dissecentur autem primum visceri imposita corpora epigastrium et peritonaeum; et copiosa cum sit collectio, trajiciantur fibulae duae epigastrii labiis; dein abscessus secetur rursus pro copia humoris qui excernitur; ut autem suscipiatur pars relicta, uti jam dictum, spongia imponatur mollis; fiant autem et sequentia qualia in pectore dicta sunt; parcus cum sit humor, omnis una vice excernatur; solent enim dum caro inducitur ulcerationi in fundo, labia epigastrii et peritonaei etiam carne conjungi, ita ut cicatrix induci nequeat plagae; si autem primum cicatrix inducatur visceris ulcerationi, rursus cruenta reddantur labia incisurae et consuantur ut dein glutinentur; si autem quando hepatis vel lienis abscessus aperiatur ut humor profusus subeat peritonaeum et circumfundatur visceribus, si magna quidem sit copia profusa, ita ut aequet copiae humoris in hydrope collectae, paracentesi utimur; si vero parca sit copia humoris effusi localis fiat incisura epigastrii et peritonaei; dein si primum claudatur viscus, rursus fiat incisio ad restituendum abscessum; et tunc congrua fiant quanta paulo ante dicta sunt.

©BIU Santé



## VII. (VI.) *Περὶ ἀπευθυσμένου ἐντέρου ἀποστήματος καὶ τῶν ἐν ἄλλοις μορίοις.*

Τοῦ ἀπευθυσμένου ἐντέρου ἀποστάντος, ποτὲ μὲν χειρουργεῖν δεῖ, ποτὲ δὲ συνεργεῖν τῇ κατὰ βάθος συῤῥήξει· χειρουργεῖν μὲν, ἐν τοῖς προχεί-ροις τόποις τοῦ ἀποστήματος ὄντος, πλησιάζον-
p. 22. τος | τῷ σφιγκτῆρι ἀφῇ ὑποπίπτοντος· συνεργεῖν δὲ συῤῥήξει, ἐν βάθει γινομένου· πρὸς δὲ τὴν χειρουργίαν ὕπτιος σχηματιζέσθω ὁ πάσχων ἐπὶ παρέδρου δίφρου πρὸς αὐγῇ λαμπρᾷ, συνημμένα ἔχων τὰ σκέλη πρὸς τὸ ἐπιγάστριον, καὶ τοὺς μηροὺς διεστῶτας ἀπ' ἀλλήλων· ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ πήχεις ταῖς ἰγνύαις ὑποβεβλημένοι, καὶ πρὸς τὸν τένοντα διὰ τῶν ἀνισοτόνων βρόχων ἀνειλημμένοι· μετὰ τὸν δεδηλωμένον σχηματισμὸν, τοῖς δακτύλοις ἐκτρεπέσθωσαν αἱ πρόχειροι τοῦ δακτυλίου στολίδες· εἶτα ἄγκιστρον τῷ λιχανῷ δακτύλῳ συγκαθιέσθω εἰς τὸ τῆς ἕδρας βάθος, καὶ καταπειρέσθω εἰς τὸν ὄγκον, δι' οὗ ἀποτεινόμενον τὸ ἀπόστημα ἐκτρεπέσθω, καὶ ἐπιδιαιρείσθω παχέων ὄντων τῶν ἐπικειμένων τῷ πύῳ σωμάτων.

2. Ταῦτα τὰ ἔργα δύναται γενέσθαι ἐπὶ παιδικῶν καὶ γυναικείων σωμάτων τῶν ἁπαλοσυγκρίτων· ἐπὶ δὲ νέων περὶ σκλήρων ἀκμαζόντων ἀνθρώπων, ἐὰν μὴ δύνηται ἐκτρέπεσθαι ἡ ἕδρα, συγκαθιέσθω εἰς τὸ βάθος τῷ λιχανῷ δακτύλῳ ἢ τοῦ ἡμισπαθίου ἀκμὴ, ἢ στενῆς κατιάδος (1)

(1) Ὅτι κατιάδα φλεβότομον καλεῖ ἐν τῷ ια τῶν χειρ-

©BIU Santé



## VII. (VI.) *DE INTESTINI RECTI ABSCESSU UTI ET ALIARUM PARTIUM.*

1. Intestino recto abscedente, modo quidem manu curare oportet, modo autem rupturae internae favere. Manu autem curandum est, cum in locis aptis adsit abscessus prope sphincterem attingique possit. Favendum vero rupturae, cum profunde situs sit; ad curam manualem autem supinus collocetur aegrotus in parva sella ad lucem claram, cruribus versus epigastrium colligatis et femoribus a se invicem distantibus; maneant et cubiti poplitibus subjecti et versus cervicem laqueis inaequaliter tensis attollantur; delineatam positionem cum adsumserit aegrotus, digitis producantur proximae ani plicae; dein uncus digito indice fundo ani imponatur et tumori infigatur, ut illius ope tensus abscessus protrahatur et incisio fiat crassa cum sint corpora puri imposita.

2. Hae operationes fieri possunt in infantilibus et muliebribus corporibus quibus mollis est structura; in juvenilibus vero rigiditate pollentibus hominibus, si nequeat protrahi podex, fundo imponatur ope digiti indicis semispatulae cuspis vel tenuis catiadis (1) lamina; et ope cuspidis ab

(1) Quoniam instrumentum ad venam secandam κατιάδα

©BIU Santé



ἔλασμα· καὶ διὰ τῆς ἀκμῆς ἔσωθεν ἔξω ἀγομένης διαιρείσθω ὅλον τὸ ἀπόστημα· μετὰ δὲ τὴν τοῦ πύȣ ἔκκρισιν λημνίσκῳ καθεθέντι, ἀναπληρούσθω ὁ τοῦ ἀποστήματος κόλπος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀκόλȣθα γιγνέσθω· τῇ δὲ τρίτῃ καθεζέσθω εἰς λεκάνην πεπληρωμένην ὕδατος θερμοῦ, καὶ προσαντλείσθω μετὰ περιχύσεως ἐλαίȣ, καὶ θεραπευέσθω λημνίσκῳ πυοποιῷ φαρμάκῳ κεχρημένῳ, πάντων καὶ τῶν ἄλλων ἀκολούθως γιγνομένων· μετὰ δὲ τὴν πύωσιν ἡ ἕλκωσις καθαιρέσθω μέλιτι ἢ ἄλλῳ τινὶ φαρμάκῳ καὶ ἐπουλούσθω τῇ διὰ καδμείας· οἴωθε δὲ πριαπίσκον περιπλάσσειν τῷ φαρμάκῳ καὶ εἰς τὴν ἕδραν ἐντιθέναι· σημεῖα δ' ἐστὶ τῆς ἐπȣλώσεως ἀνωδυνία, καὶ ὅταν p. 23. μηκέτι πύον ἐκκρίνηται. ||

3. Τοῦ δὲ ἀποστήματος ἐν τῷ βάθει γεγενημένου, καὶ τῇ ἀφῇ μὴ ὑποπίπτοντος, συνεργεῖν δεῖ τῇ ῥήξει, τοῖς δρυμυτέροις κλυσμοῖς, δι' ἀφεψήματος ὑσσώπου ὀριγάνȣ μετὰ ἰσχάδων, καὶ τῆς ὀσφύος ἅμα καταπλασσομένης μετὰ τὴν σύῤῥηξιν· κατ' ἀρχὰς μὲν ἐγκλύζειν κρατέστερον τὸ μελίκρατον· ὕστερον δὲ τὸ τοῦ φαρμάκȣ ἢ τῶν ῥόδων ἀφέψημα· εἰ δὲ (1) ἐν τῷ διαφράγματι τῶν

ουργουμένων· κεφαλαίῳ περὶ φλεβοτομίας, καὶ τὴν ἀκμὴν τῆς κατιάδος κόρακα· εἶπε γὰρ ἐν ἐκείνοις ὅσα ὠφείλει γίνεσθαι πρὸς τὴν παρασκευὴν τοῦ φλεβοτομουμένου ἐπάγειν· μετὰ δὲ ταῦτα τῷ κόρακι τῆς κατιάδος διαιρείσθω ἡ μᾶλλον διογκωμένη φλέψ· ὁ μέντοι Ῥοῦφος ἐν τῷ διατρίβαι κατ' ἰτρείοις μονοβίβλῳ ὀξυβελὲς καλεῖ τὸ φλεβότομον.

(1) Ἀπὸ τοῦ γ̅ τῶν χειρουργουμένων· κεφάλαιον περὶ φλεγμονῆς διαφράγματος τῶν μυξωτήρων.

©BIU Santé



interna parte extrorsum tractae dissecetur totus abscessus; post puris effluvium autem linamento oblongo imposito impleatur abscessus cavum et cetera fiant uti decet; tertio autem die imponatur aegrotus in pelvim aqua calida repletam et foveatur adfuso oleo et curetur linamento oblongo remedio suppurationi favente illito, omnia alia dum fiant uti convenit; post suppurationem autem ulceratio depuretur melle vel alio quodam remedio et cicatrix inducatur emplastro ex cadmia; solent et lignum oblongum illinere medicamento et podici imponere; cicatricem autem induci indicant et doloris defectus et ubi non amplius pus excernitur.

3. Abscessus autem profunde positus cum sit neque attingi possit, favere oportet rupturae acrioribus clysmatibus ex decocto hyssopi, origani cum caricis, dum simul coxa illinitur post rupturam; initio quidem melius est aquam mulsam injicere; dein autem clysma ex his medicamentis vel decoctum rosarum; si autem in septo narium parvus abscessus oriatur, incisio fiat et dein exstir-

---

vocat in libro XI chirurgicorum capite de venaesectione et cuspidem hujus instrumenti corvum; narrat enim in illis quaenam fieri debeant ut paratus sit ille qui venam secabit; posthac apice catiadis secetur magis tumens vena; Rufus quidem in libro unico cui titulus est: disputationes de officina medici: acutam cuspidem habens dicit instrumentum ad venas secandas.

©BIU Santé



μυξωτήρων ἀποστημάτιον γένοιτο, διαιρείσθω, καὶ τότ' ἐκτεμνέσθω· ἔπειτα ἂν μὲν κατὰ φύσιν ἔχῃ ὁ χόνδρος, ἐάσθω· λελιπασμένος δὲ περιτεμνέσθω· καὶ τότε οἱ ἐλλυχνιωτοὶ μότοι εἰς τοὺς μυξωτῆρας ἐντιθέσθωσαν· εἶτ' ἔξωθεν ὅλῃ τῇ ῥινὶ ἐλαιοβραχὲς ἔριον ἐντιθέσθω, συνανακεκομμένης λιβανωτοῦ μάννης· ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις πυριάσθω, καὶ τὸ ἑλκύδριον θεραπευέσθω.

4. Ἐν δὲ (1) τοῖς παρισθμίοις ἀποστήματος συστάντος, διελεῖν χρὴ διαστείλαντα τὸ στόμα τῷ στοματοδιαστολεῖ, ἢ σφηνάριον πρίνινον τάξαντα μεταξὺ τῶν μύλων, καὶ τὴν γλῶσσαν καταστείλαντα σπαθομήλῃ ἢ τῷ γλωσσοκατόχῳ· εἰ δὲ ἐν τῷ ὀσχέῳ, ἐὰν μὲν ᾖ παχέα (2) τὰ περιέχοντα τὸ ὑγρὸν σώματα, τοῖς κατὰ ἁπλοτομίαν ἔργοις χρησόμεθα πρὸς τὸ τοῦ ἀποστήματος μέγεθος· ἢ μιᾷ διαιρέσει ἢ δυσὶν ἢ τρισὶν ἀρκούμενοι, λημνίσκου τε διεκβολῇ χρώμενοι καὶ τῇ λοιπῇ διαμοτώσει· λελεπτοποιημένων δὲ τῶν σωμάτων τὴν ἐκτομὴν αὐτῶν δοκιμάσωμεν.

---

(1) Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου περὶ τῆς ἐν τοῖς παρισθμίοις φλεγμονῆς.

(2) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\varepsilon}$ τῶν χειρουργουμένων· κεφάλαιον περὶ τῆς τοῦ ὀσχέου φλεγμονῆς.

©BIU Santé



petur ; deinceps quidem si sana est cartilago, sibi relinquatur ; pinguedine vero cum tecta sit, circumcidatur ; et tum linamenta carpta ad formam funalis convoluta naribus imponantur ; dein exterius toti naso imponatur lana oleo madida simul impleta mica turis comminuta ; sequentibus diebus foveatur et ulcusculum sanetur.

4. In tonsillis autem si oriatur abscessus, incisuram facere oportet apertum tenentem os ope instrumenti ad id facti vel parvum cuneum ilignеum ponentem inter dentes molares et linguam deprimentem ope specilli lati vel singularis instrumenti ad id facti ; cum autem in scroto, si crassa quidem sint corpora humorem circumdantia eandem adhibebimus agendi rationem ac in simplici incisione ; pro abscessus magnitudine vel una incisura vel duabus vel tribus contenti, lineamento oblongo imposito utentes uti et linamentis carptis ; tenuia autem cum facta sint corpora, eorum excisionem probemus.

©BIU Santé



## VIII. (VII.) Ἐκ τῶν Ῥούφυ περὶ βυβώνος.

p. 30. Βυβὼν ὁ μὲν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις φανερῶς παρὰ τράχηλον καὶ μασχάλης καὶ μηροὺς ἀνιστάμενος ἄνευ τοῦ πυρετοῦ καὶ σὺν πυρετῷ· ἀνάγκη δὲ τὸν ἐπὶ βυβῶνι πυρετὸν φρικώδη εἶναι· καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο συναίτιον ᾖ, λύεσθαι ῥαδίως ἄνευ κινδύνυ· περὶ τούτυ Δημόκριτος φησὶν ὅτι μολίβδυ (1) μετὰ φοινικίυ περιαφθέντος ἢ τὸ παράπαν ἀφλέγμαντος γίνεται ἢ πολλῶν δὴ ῥῄζει· οἱ δὲ λοιμώδεις καλούμενοι βυβῶνες θανατωδέστατοι καὶ ὀξύτατοι· οἳ μάλιστα περὶ Λιβύην καὶ Αἴγυπτον καὶ Συρίαν ὁρῶνται γιγνόμενοι· ὧν μνημονεύκασιν οἱ περὶ τὸν Διονύσιον τὸν κυρτόν (2). Διοσκορίδης δὲ καὶ Ποσειδώνιος πλεῖστα διεληλύθασιν ἐν τῷ περὶ τοῦ κάτ' αὐτοὺς γενομένῳ λοιμῷ ἐν Λιβύῃ· παρακολοῦθον δὲ ἔφασαν αὐτῷ πυρετὸν ὀξὺν, καὶ ὀδύνην, καὶ σύστασιν ὅλυ τοῦ σώματος, καὶ παραφροσύνην, καὶ βυβώνων ἐπανάστασιν μεγάλων τε καὶ σκληρῶν καὶ ἀνεκπυήτων, οὐ μόνον ἐν τοῖς εἰθισμένοις τόποις ἀλλὰ κατὰ ἰγνύας καὶ ἀγκῶνας· καί τοι ἐνταῦθα

---

(1) Ἐν τῷ $\overline{\xi\epsilon}$ βιβλίῳ, κεφαλαίῳ Ῥούφου περὶ λιθιάσεως εὑρήσεις κοκκίνῳ βάπτουσι τὰ φοινίκια.

(2) Ὁ Φίλων ἐν τῷ $\overline{\vartheta}$ περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως καὶ Ἕρμηπος (Ἕρμιππος) ἐν τῷ ε περὶ τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν, καὶ ὁ Σωρανὸς ἐν ταῖς τῶν ἰατρῶν διαδοχαῖς, φασὶ ὅτι καὶ ὀξυτόνως εἴρηται κυρτὸς, ὡς φοξὸς διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν· βαρυτόνος δὲ ὡς ἵππος πύργος, ἐπὶ ἐκ μεσογαίου πόλεος τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν· ἢ ὡς φασί τινες διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτοῦ, ὥσπερ τοὺς ἰχθὺς ὑπὸ τῶν ἁλιευτικῶν κυρτῶν.

©BIU Santé



## VIII. (VII.) *EX RUFI LIBRO DE BUBONE.*

Bubo quidem propter fortuitas causas in collo vel in axilla vel in femoribus conspicua fit et sine febre et cum febre; oportet autem febrem buboni accedentem comitari horripilationem; atque si nulla alia causa adsit, facile solvi sine periculo illam oportet; de illo Democritus (1) dicit ejus inflammationem annexo ei plumbo cum palmula vel omnino cessare vel multum sane emendari; pestilentes vero qui dicuntur bubones quam maxime letales sunt et acuti, qui maxime circa Libyam et Aegyptum et Syriam observantur; quos meminerunt aequales Dionysii gibberis (2). Dioscorides autem et Posidonius plurima de hac re enarrant libro de peste quae eorum aetate in Libya adfuit; illi autem accedere dixerunt febrem acutam, dolorem, perturbationem totius corporis et delirium et bubonum apparitionem magnorum et durorum qui in suppurationem non transiebant, non solum in solitis locis verum et in poplitibus et cubitis; quamvis illic omnino tales inflammationes non soleant

(1) In libro LXV, in capite Rufi de calculorum inventione: cocco tingunt palmulas.

(2) Philo in libro IX de bibliothecae acquisitione et Hermepus (Hermippus) in libro V de illustribus viris medicis et Soranus in medicorum successionibus dicunt illum et vocari κυρτὸν cum accentu acuto, quia facie erat distorta ob corporis debilitatem; cum accentu gravi autem uti ἵππος πύργος, cum ex urbe in media regione Aegypti Cyrtos dicta originem petierit; vel uti dicunt nonnulli quod ejus adversarii ab illo capiebantur uti pisces a nassis (κύρτοις) piscatoriis.

©BIU Santé



μὴ πάνυ τι γιγνομένων τῶν τοιούτων Φλεγμονῶν. τάχα δὲ καὶ τὸ παρὰ Ἱπποκράτȣς βȣβωνῶδες πάθος τὴν εἰρημένην διάθεσιν δηλοῖ· γένοιτο δ' ἂν ποτε καὶ ἐν αἰδοίῳ ὁ τοιοῦτος βȣβὼν, ὥσπερ καὶ τὸ ἕλκος τὸ λοιμῶδες, καὶ ὁ πυρετὸς ὃν λοιμώδη καλοῦσι· τὸ πλεῖστον ἐπιδήμια τὰ τοιαῦτα
p. 31. ἐστὶ, ὥστε κοινὰ εἶναι ἡλικιῶν καὶ Φύσεων || ἔν τισιν ὥραις ἐξαιρέτως ἀπαντῶντα· ἡ δ' ἱστορία παντὸς τοῦ τοιούτȣ χρησίμη, ἵνα τὸν μὲν συνήθη βȣβῶνα θεραπεύωμεν, ὡς οὐδὲν δύσκολον ἔχοντα· τὸν δὲ λοιμώδη, μετὰ προαγορεύσεως καὶ προσοχῆς ἀκριβεστέρας.

---

## IX. (VIII.) *Περὶ τερμίνθȣ.*

Εἶδος τί Φύματος καὶ ἡ καλȣμένη τέρμινθος ἐστίν· ἀλλὰ τοῖς νυνὶ ἰατροῖς οὐ πάνυ σύνηθες τὸ ὄνομα. Πραξαγόρας δὲ καὶ τὰ συμπίπτοντα αὐτῷ γράφει· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Ξενοφῶν· Φησὶ δὲ ἀνωτάτω μὲν ἐπικεῖσθαι τῷ ἕλκει Φλυκταίναν μέλαιναν ὡς τὸ πολὺ. ἧς ἐκραγείσης τὸ ὑποκάτω ὅμοιον ἀποσεσυρμένῳ εἶναι· τούτȣ δὲ διαιρεθέντος πύον εὑρίσκεται· τάχα δὲ τέρμινθος ἐκλήθη διὰ τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς, ὅτι καὶ ὁ καρπὸς (1) τῆς τερμίνθȣ ποικίλος· εἴ γε ἡ μὲν Φλυκταίνα μέλαινα, τὸ δὲ τῷ ἀποσύρματι ἐοικὸς ἐνερευθὲς· καὶ τὸ πύον ἡσυχῆ λευκόν· μέ-

(1) *Οὕτω καὶ ὁ Γαληνὸς βούλεται ἐν τῷ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους τμήματι.*

©BIU Santé



observari; fortasse autem buboniformis morbus Hippocratis constitutionem dictam indicat; aderit autem nonnumquam et in genitalibus talis bubo, uti et ulcus pestilens et febris quam pestilentem dicunt; plerumque epidemica talia sunt, ita ut communia sint omnibus aetatibus et constitutionibus in nonnullis anni temporibus praecipue occurrentia; inquisitio autem omnium hujus generis est utilis ut vulgarem quidem bubonem curemus, tamquam nihil periculosi habentem; pestilentem autem, cum praedictione et attentione accuratiori.

## IX. (VIII.) *DE TERMINTHO.*

Species quaedam tuberculi etiam est ita dictus terminthus; sed hujus aetatis medicis non valde usitatum est hoc nomen. Praxagoras autem et quae in illa accidunt describit; eodem modo et ejus discipulus Xenophon; dicit autem superne ulceri incumbere vesiculam nigram plerumque illaque abrasa fundum similem esse plagae desquamatae; hoc autem disrupto pus invenitur; fortasse autem terminthus dicitur ob variegatum colorem, quoniam et fructus terebinthini variegatus est (1); si quidem vesicula sit nigra, pars plagae desquamatae similis rubra; et pus fere album; memorat et Hippocrates in Epide-

(1) Eandem sententiam quoque profert Galenus in sectione de humoribus Hippocratis.

©BIU Santé



μνηται δὲ καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἐπιδημίαις τοῦ ἕλκυς, ὡς τισὶν ἐν ποσὶ γεγενημένυ· εἰ δὲ ποδῶν μόνων ἐστὶν, ἢ οἷόν τε καὶ ἄλλη γενέσθαι τοῦ σώματος, τοῦτο οὔτε ἐκεῖνος οὔτε ἄλλος τίς διωρίσατο.

---

### X. (IX.) Ἐκ τῶν Διοκλέυς περὶ φλυκταινίδων.

Τῶν δὲ Φλυκταινίδων τῶν ἀπὸ μηδὲ μιᾶς προφάσεως ἔξωθεν ἀξιολόγυ γινομένων, τὸ μὲν καλεῖται τέρμινθος, τὸ δὲ σταφυλὸν, τὸ δὲ ἐπινυκτίς· ἐστὶ δὲ ἡ μὲν τέρμινθος, Φλυκταινίδιον μικρὸν πελιδνόν· ἡ δὲ σταφυλὴ, μέλαινα· ἡ δ' ἐπινυκτὶς, ὀρφνῶδες·(1) ταχὺ πυούμενα πάντα.

---

### XI. (X.) Ἐκ τῶν Ῥούφυ περὶ ἐπινυκτίδος (2).

Αἱ δὲ ἐπινυκτίδες ἑλκύδρια εἰσὶν ἀπὸ ταυτομάτυ ἐξανθοῦντα, Φλυκταινοειδῆ, ὑπέρυθρα· ὧν ἐκρηγνυμένων, ἰχὼρ ὕφαιμος ἀποῤῥεῖ· ταῦτα μὲν ἡμέρας οὐ πάνυ ἐνοχλεῖ, νυκτὸς δὲ ἐπώδυνα ἐστὶ· διόπερ καὶ οὕτως ὠνομάσθη· καὶ ὀδύναι μείζυς ἢ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἕλκυς· ὀπὸν σιλφίυ ὕδατι διεὶς ἐπιτίθει· ἀναξηραίνει καὶ οὐκ ἀναδάκνει· ἢ αἱματικὴν λίθον μεθ' ὕδατος τρίψας, ἐπίχριε· ἐὰν δὲ Φλεγμάνῃ, τρίψον μετὰ οἴνυ ἢ κώνειον λεάνας, ἐπιτίθει.

---

(1) Ὀρφνῶδες, σκοτινὸν λέγεται ἡ σκοτία.

(2) Ἀπὸ τοῦ περὶ τῶν ἐκτὸς παθῶν.

©BIU Santé



miis hoc ulcus tamquam in nonnullorum pedibus occurrens; num vero in solis pedibus observetur an etiam in aliis corporis partibus occurrere possit neque ille neque alius quisquam definivit.

## X. (IX.) *E DIOCLIS LIBRO DE PHLYCTAENIDIBUS.*

Inter phlyctaenides quae sine ulla causa externa mentione digna occurrunt, alia quidem vocatur terminthus, alia autem staphylon, alia vero epinyctis; terminthus quidem phlyctaenis est parva livida; staphyle vero nigra; epinyctis autem obscuri coloris (1) cito in suppurationem convertens omnia.

## XI. (X.) *E RUFI LIBRO DE EPINYCTIDE.*

Epinyctides sunt ulcuscula sponte efflorescentia, pustulaeformia, subrubra; quibus ruptis ichor sanguinolentus effluit; haec quidem perdiu non multum gravant, noctu vero dolent; unde et nomen petierunt; et dolores majores sunt quam pro magnitudine ulceris exspectandum esset; succum laserpitii aqua dilutum impone; exsiccat et non mordet; vel lapidem hematiten cum aqua tritum inunge; si autem inflammatur, cum vino tere vel cicutam comminutam impone.

(1) *Ὀρφῶδες* tenebricosus. *Ὄρφνη* saltem dicuntur tenebrae.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 55 sur 214

©BIU Santé



## XII. (XI.) *Περὶ φυγέθρȣ* (1).

Καὶ τὸ φύγεθρον ἐν τοῖς εἴδεσι τῶν φυμάτων
p. 32. τίθενται οἱ περὶ | τὸν Πραξαγόραν· φασὶ δὲ συνεδρεύειν αὐτῷ ἔρευθος μετὰ οἰδήματος· ὥσπερ καὶ τῷ φύματι καὶ οὐκ ἔλασσον ἔμπυον τοῦ φύματος γίνεσθαι· ἐπὶ δὲ τοῦ δέρματος φλυκτανίαν ἀνίστασθαι ὁμοίαν τοῖς πυρικαύτοις· προστίθησι δὲ ὅτι ὁ μολύδικος ὅτι οὐδὲ πεπαίνεται ῥᾳδίως, ἀλλὰ μόγις, καὶ ὅτι χρονίζει, καὶ ὅτι κακόηθες ποτὲ γίνεται, καὶ μᾶλλον παιδίοις· τὸ δὲ περὶ βȣβῶνας συνίστασθαι τὸ ἕλκος, πάντες ὁμοίως λέγȣσιν.

---

## XIII. (XII.) *Ἐκ τῶν Ἀντύλλȣ περὶ συρίγγων* (2).

1. Αἱ σύριγγες γίνονται τὰ πολλὰ ἐξ ἀποστημάτων μὴ κατὰ τρόπον θεραπευθέντων· διαφοραὶ δ' αὐτῶν εἰσὶν αἵ γε μείζȣς καὶ ἐπιστροφῆς

---

(1) *Ἀπὸ τοῦ περὶ τῶν ἐκτὸς παθῶν.* *Ὁ Ἡλιόδωρος ἐν τρίτῳ χειρουργουμένων κεφαλαίῳ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βουβῶνας ἀποστημάτων φησὶν, ὡς οἱ μὲν φύγεθρα, οἱ δὲ φύματα προσηγόρευσαν· φύγεθρα μὲν ὡσανεὶ φύματα· ἐρυθρὰ φύματα δὲ διὰ τὴν τῶν ἀλγημάτων ἐπίτασιν, ὅμοιόν τι φρύξει πασχόντων τῶν ἀνθρώπων.*

(2) *Ἐκ τῶν περὶ συρίγγων κεφαλαίων.* *Φησὶν ὁ Ἀντύλλος ὡς κατὰ μεταφορὰν ὠνομάσθαι ἀπὸ τῶν συρίγγων τῶν ἐκ τοῦ καλάμου πεποιημένων· εὐρυχωρία γάρ τις ἐστὶν παραπλησία ταῖς ἐν τοῖς καλάμοις κοιλότησι· ἔστι δὲ κόλπος τετυλωμένος, καὶ μὴ δυνάμενος χωρὶς χειρουργίας ἢ φαρμακίας πεσεῖν.*

©BIU Santé



## XII. (XI.) *DE PHYGETHRO* (1).

Phygethrum quoque ad species tuberculorum recensent Praxagorae discipuli; dicunt autem in illo ruborem conjunctum esse cum tumore, quemadmodum et in tuberculo; et aeque pus illud continere ac tuberculum; in cute autem vesiculam oriri similem illis quae in partibus igne adustis occurrunt; addit autem illud sordidam habere indolem neque facile maturescere sed aegre illudque diutius durare malamque nonnunquam acquirere indolem, magis etiam in infantibus; in ambitu autem inguinis ulcus oriri omnes uno ore fatentur.

---

## XIII. (XII.) *EX LIBRO ANTYLLI DE FISTULIS* (2.)

1. Fistulae oriuntur plerumque ex abscessibus non rite tractatis; differentiae autem earum maximae et mentione dignae sunt secundum figu-

(1) Ex libro de morbis externis. Heliodorus in tertio chirurgicorum capite de abscessibus in inguine dicit alios quidem illos φύγεθρα vocare, alios vero φύματα; φύγεθρα quidem eadem sunt ac φύματα; rubra autem sunt φύματα sub dolorum incrementa, dum aliquid tostioni simile patiuntur homines.

(2) E capitibus de fistulis. Dicit Antyllus metaphorice illos sic vocari a fistulis ex arundine confectis; spatium enim quoddam adest cavitati in arundinibus simile; est autem sinus callo circumdatus, qui absque chirurgia vel medicamentis evanescere non potest.

©BIU Santé



ἄξιαι παρὰ τὸ σχῆμα, παρὰ τὸν τόπον, παρὰ τὸ εἶδος τοῦ σώματος· παρὰ μὲν τὸ σχῆμα, ἐπεὶ αἱ μὲν αὐτῶν εἰσὶν εὐθυτενεῖς. αἱ δὲ σκολιαὶ καὶ τῶν εὐθυτενῶν· αἱ μὲν, κυκλοτερῆ περιειλήφασι πόρον· αἱ δὲ, ὑπόπλατυν· καὶ τῶν σκολιῶν, αἱ μὲν μίαν καμπὴν ἔχουσιν· αἱ δὲ, πλείους· παρὰ δὲ τὸν τόπον, ἐπεὶ αἱ μὲν ἐν κεφαλῇ, αἱ δ' ἐν τραχήλῳ, αἱ δ' ἐν μασχάλαις ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος γίνονται· παρὰ δὲ τὸ εἶδος, ἐπεὶ αἱ μὲν εἰς ὀστέα τὴν ἀποτελευτὴν ποιοῦνται· αἱ δὲ καταλήγουσιν εἰς μῦν ἢ νεῦρον ἢ φλέβα ἢ ἀρτερίαν, ἢ ἕτερόν τι τῶν ἁπλῶν ἢ τῶν συνθέτων.

2. Σημειωσόμεθα δὲ τὰς μὲν εἰς ὀστοῦν ἀποληγούσας, ἐκ τῆς ἀντιτυπίας καθιέντες πλατυμήλης, ἐπὶ τῶν εὐρυτέρων· ἐπὶ δὲ τῶν στενοχώρων, μηλωτίδα· ἀντιληψόμεθα γὰρ σκληροῦ σώματος ἀντιπίπτοντος καὶ ὀστώδους· πρὸς δὲ καὶ ἤχου τινὸς ὁποῖος ἂν γένοιτο, συγκρούοντος ὀστοῦ πρὸς χαλκόν· καὶ οὐ μόνον γε διὰ τῆς μηλώσεως γνωσόμεθα τὸ εἰς ὀστοῦν περατοῦσθαι τὴν σύριγγα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀδιάφθορον εἶναι τὸ ὀστοῦν ἢ διεφθορέναι, καταληψόμεθα· παράγοντες μὲν γὰρ τὴν μηλωτίδα πανταχοῦ, ἂν μὲν αἰσθανώμεθα πάντοθεν ἀπολισθαίνουσαν αὐτὴν, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ λείου τινὸς σώματος, ἐροῦμεν ἀδιάφθορον εἶναι τὸ ὀστοῦν· ἂν δὲ κατὰ τὴν παραγωγὴν ἡ μηλωτὶς ἐνίσχηται τισὶ μέρεσιν, ἀνωμαλίας καὶ τραχύτητας ὑποσημαίνουσα, διεφθορέναι τὸ ὀστοῦν ἀποφανούμεθα· ἐπὶ μέν τοι τῶν εὐρυστόμων || συρίγ- p. 33.
γων πολλάκις καὶ τῇ ὄψει ὑποπίπτει τὸ ὀστοῦν,

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 58 sur 214

©BIU Santé



ram, secundum locum et secundum habitum parietum canalis; secundum figuram quidem; cum aliae quidem inter illas sint rectae; aliae vero tortuosae; et inter rectas aliae quidem circularem cingunt canalem; aliae vero latiusculum; et inter tortuosas, aliae quidem unam curvaturam habent; aliae vero plures; secundum locum autem, cum aliae quidem in capite, aliae autem in collo; aliae vero in axilla vel in alia quadam parte corporis adsint; secundum habitum vero, cum aliae quidem ossibus terminantur; aliae vero desinunt in musculum vel nervum vel venam vel arteriam, vel aliud quid simplicium aut compositarum partium.

2. Certi autem fiemus illas osse terminari ex renixu immissi specilli, in latioribus; in angustioribus autem, auriscalpii; percipiemus enim durum corpus resistere osseumque; praeterea et sonum quemdam qualis fiet osse et aere inter se collisis; neque specilli introductione tantummodo cognoscemus fistulam ad os penetrare, verum et discemus, os esse incorruptum vel corruptum; admoventes enim auriscalpium quaqua versus, si animadvertamus quidem illud undique delabi, tamquam a laevi quodam corpore, dicemus os esse incorruptum; si vero admotum specillum retineatur nonnullis partibus, indicans inaequalitatem asperitatemque, corruptum esse os declarabimus; in fistulis quidem ampla apertura instructis saepe et visui se offert os, ita ut nulla opus sit specilli introducti-

6

©BIU Santé



ὥςτε μηδὲ μηλώσεως δεῖσθαι· εἰ δὲ σκολιὰ τυγχάνει, καμπὴν μίαν ἢ πλείυς ἔχυσα ἡ σύριγξ, ὥστε μὴ δύνασθαι παροδεύειν, μηλωτίδα μολυβδίνην χρὴ ποιεῖν ἢ κασιτηρίνην· εὐκαμπὴς γὰρ οὖσα ἡ τοιαύτη, ῥαδίως συσχηματίζεται ταῖς σύριγξι· χρησόμεθα δὲ καὶ ὑείᾳ τριχί.

3. Εἰ δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων κατασκευασμάτων διὰ τὴν σκολιότητα ἡ σύριγξ παραδέχοιτο, ἐξ αὐτοῦ τοῦ φερομένυ ὑγροῦ τὴν εἰς ὀστοῦν ἀπόληξιν κατανοήσωμεν· ὡς ἐπίπαν γὰρ ἀπὸ τῶν τοιούτων λεπτὸν καὶ ἐλαιῶδες τὸ ἐκκρινόμενον ὑγρόν ἐστιν· εἰ δὲ εἰς νεῦρον τὸ τέρμα * τῆς σύριγγος περαίνοιτο, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ὀδύνης σημειωσόμεθα· ναρκώδης γὰρ ἔσται καὶ νυγματώδης, ἥ τε κίνησις ἡ ὑπὸ τοῦ νεύρυ συντελυμένη χείρων καὶ δυσεργεςτέρα· ἔν τε τῇ μηλώσει ψαυόμενον τὸ νεῦρον, αἴσθησιν δριμυτέραν καὶ ὀξυτέραν παρέχεται· τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ φερόμενον λεπτὸν μὲν ἔσται παραπλησίως, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν ὀστῶν, ἀλλ' οὐκ ἐλαιῶδες οὐδὲ λιπαρόν, ἀλλ' ἰχωρῶδές τὲ καὶ χολῶδες· τὰ δὲ αὐτὰ παρακολυθῶν καὶ ταῖς εἰς μῦν καθηκούσαις σύριγξι· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν σαρκὶ τὴν ἀποπεράτωσιν ἐχόντων, τὸ ὑγρὸν παχύτερον καὶ ἀργότερον εὑρίσκεται· εἰς φλέβα δὲ τῆς σύριγγος κατεῤῥιζωμένης, τὰ αὐτὰ σημεῖα παρακολυθῶν, ὅσα καὶ εἰς νεῦρον· πλὴν ἀμυδρὰ πάντα καὶ τὰ τῶν ἀναλγημάτων· κίνησις τὲ οὐδὲ μία ἐμποδισθήσεται· τὰ αὐτὰ καὶ εἰς ἀρτηρίαν ἀπολήγοντα παρακολυθήσει· εἰ δὲ ἀνάβρωσις γένοιτο ὑπὸ τῆς σύριγγος, εἰ μὲν φλεβὸς, αἷμα πολὺ καὶ παχὺ ἐνεχθήσεται· εἰ δ' ἀρτηρία

Γρ. τὸ τέλος.

©BIU Santé



one; si vero tortuosa fistula unam habeat flexuram vel plures ita ut per illam transire non possit, auriscalpium plumbeum conficere oportet vel stanneum; facile enim cum flectitur tale, facile et fistulis sese accommodat; utemur autem et seta suilla.

3. Si autem nullum hujus generis instrumentum admittit fistula ob tortuosum tramitem ex ipso educto humore intelligemus ejus terminationem in os; in universum enim ab illis tenuis et oleosus est excretus humor; si ad nervum vero penetrat finis fistulae, primum quidem ex dolore illud cognoscemus; surdus enim est et pungens motusque qui a nervo perficitur est minor et difficilior; atque sub specilli introductione attactus nervus sensum acriorem et acutiorem praebet; humor autem eductus tenuis quidem est eodem modo ac ex ossibus, verum non oleosus nec pinguis sed ichorosus et biliosus; eadem comitantur et fistulas ad musculum devenientes; in illis vero quae carne terminantur, humor crassior et magis albidus invenitur; venae autem insidente fistula, eadem signa illam comitantur ac nervo praeter hebetudinem omnem et quae dolorem spectant; atque motus nullus impeditur; eadem et fistulam in arteriam desinentem comitabuntur; si autem erosio oriatur sub fistula, si venae quidem, sanguis multus et crassus efferetur; si vero arte-

©BIU Santé



ἀναβρωθείη, λεπτὸν καὶ ξανθὸν μετὰ πνεύματος πολλοῦ καὶ συριγμοῦ.

---

## XIV. (XIII.) Ἐκ τῶν Ἀντύλλȣ καὶ Ἡλιοδώρȣ χειρουργων συριγγων.

1. Εἰ μὲν τοι πλάγιαι εἶεν ὥστε ὑπ' αὐτὸ τὸ δέρμα τείνειν κατὰ μῆκος εὐθυτενῶς ἢ κατεσκολιωμένως· εἰ μὲν εὐρύστομοι τυγχάνοιεν, τὸν λιχανὸν καθέντες τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς, καὶ ἐπάραντες τὸ δέρμα τέμνομεν παρὰ τὸν δάκτυλον ὥστε ἁπλοτομηθῆναι τὴν σύριγγα· κἂν μὲν ᾖ βραχεῖα, μία κάθεσις τοῦ δακτύλȣ ἐξαρκέσει· ἐὰν δ' ἐπιμήκης μετὰ τὸ τεμεῖν τοσοῦτον διάστη-
p. 34. μα | ὁπόσον ὁ δάκτυλος ἐφικνεῖται, πάλιν ἐπικαθήσομεν αὐτὸν, καὶ πάλιν ἐπιτεμοῦμεν· τὸ δ' αὐτὸ ποιήσομεν ἐκ τρίτȣ, εἰ τοῦτο ἀπαιτοίη τὸ μῆκος τῆς σύριγγος· μετὰ δὲ τὸ ἁπλοτομῆσαι τοὺς τύλλȣς τοὺς αἰτίȣς τῆς συριγγώσεως, ἐὰν μὲν ὦσιν ἐπὶ πολλῆς, τοῖς ὄνυξιν ἀναξάναντες νεαροποιήσομεν τὸ ἕλκος· ἐὰν δὲ βαθύτερον, προσαναξύσομεν ἀκμῇ σμιλίȣ· ἐὰν δὲ μεγάλοι τὲ καὶ διὰ βάθος ὑποπίπτȣσι, περιελοῦμεν ὅλȣς· ἔπειτα τῇ ἑξῆς ἀποθεραπείαν ὁμοίαν ποιησόμεθα, οἷαν καὶ ἐπὶ τῶν χειρȣργηθέντων ἐλέγομεν.

2. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἀνάπτυξιν, τῆς σύριγγος εὐρυτέρας καθεστώσης, ἀπαιωροῖτο τοῦ δέρματος, περιελοῦμεν τὰ ἀφεστῶτα τῆς συμφυοῦς σαρκός· ἐπὶ δὲ τῶν σφόδρα στενοστόμων, εἰ μὴ παραδέ-

©BIU Santé



ria est corrosa, tenuis et flavus cum spiritu multo sibiloque.

---

## XIV. (XIII.) *EX ANTYLLI ET HELIODORI CHIRURGORUM FISTULARUM LIBRIS.*

1. Si obliquae quidem sint, ita ut sub ipsam cutem tendant in longitudinem recte vel tortuose; si latam quidem habeant aperturam indicem imponentes digitum sinistrae manus et elevantes cutem secamus secundum digitum ita ut findatur fistula; atque si brevis quidem sit, digitum semel imponere sufficiet; si vero longa, postquam incidimus tantum spatium, quantum digitus attigit, rursus imponemus illum iterumque incisuram faciemus; idem faciemus tertia vice si illud postulat longitudo fistulae; post incisionem autem callum fistulae formationis causam, si superficialis quidem est unguibus radentes, recens reddemus ulcus; si vero profundior, insuper scalpemus apice scalpelli; si autem magnus profundissimusque occurrit exstirpabimus totum; dein subsequentem curam secundariam eandem faciemus quam etiam in manu tractatis diximus.

2. Si autem post aperturam, fistulà latiori facta, illa dependeat a cute, exstirpabimus partes recedentes a cohaerenti carne; in illis autem quae valde angustam habent aperturam, si digi-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 63 sur 214

©BIU Santé



χοιντο τὸν δάκτυλον τὸ πλατὺ μήλης καθήσομεν
ἢ τὸν πυρῖνα· τὰ δε ἄλλα ὁμοίως ποιήσομεν·
πρόδηλον δὲ, καὶ ὁ ἐπὶ τῶν σκολιωμένων συρίγ-
γων τρόπος τῆς χειρουργίας· καθεκάστην γὰρ καμ-
πὴν ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς πρώτης, καθήσομεν τὸν
δάκτυλον, ἢ τὸ πλατὺ τῆς μήλης· κἄπειτα διε-
λοῦμεν οὕτως· εἰ δὲ μὴ πλάγιον τὸ σχῆμα τῆς
σύριγγος, ἀλλ᾽ ἄντιον, τουτέστιν εἰς βάθος τεί-
νοι, περιελοῦμεν κατὰ κύκλον τὴν σύριγγα, το-
σοῦτον περιγράφοντες τῆς κύκλω σαρκὸς, ὥστε
τοὺς τύλους ὅλους ἐκκοπῆναι· εἰ δὲ τοιοῦτον εἴη τὸ
βάθος ὥστε εἰς ὀστέον καταλήγειν, ἐκτυλώσομεν
ὁμοίως· καὶ ἐὰν μὲν αὐτὸ μόνον γεγυμνωμένον ᾖ
τὸ ὀστοῦν, μετὰ τὴν περιαίρεσιν τῆς σαρκὸς ξύ-
σομεν· ἐὰν δὲ λελιπασμένον ἢ ετερηδονισμένον ἢ
ἄλλως πως διεφθαρμένον ὑποπίπτοι, μέχρι σύριγ-
γος ἐκκόψομεν.

3. Τὴν δὲ ἐκκοπὴν ἐπὶ μὲν τῶν μικρῶν ὀστῶν
διὰ μόνων τῶν τετραγώνων ἐκκοπέων καλουμένων
ποιησόμεθα, παραξέοντες τὸ ὀστοῦν οὐκ ἐξεπι-
πολλῆς τὸ ἔφθορὸς, ἀλλὰ μέχρι σύριγγος κατ-
ίοντες, ἵνα σαρκὸς ἀναβλάστησις ἐκ τῆς σύριγ-
γος γένηται· εἰ δέ τι τῶν μειζόνων ὀστέων, οἷον
βραχίον ἢ μηρος ἢ πῆχυς ἢ κνήμη πεπονθὸς ὑπο-
πίπτοι, τρήσαντες τρυπάνῃ μέχρι σύριγγος, οὕ-
τως τοῖς ἐκκοπεῦσιν ἀναλαβοῦμεν τὰ μέσα τῶν
p. 35. περιτρή || σεων. εἰ δὲ μέχρι μυελοῦ συμβαίη
πεπονθέναι τὸ ὀστοῦν, καὶ τὴν ἐκκοπὴν μέχρι
μυελοῦ ποιησόμεθα· οὐκ αὐτὸ μόνον τὸ πεπονθὸς
ἐκκοπέντες, προσπεριλαμβάνοντες δὲ καὶ τι τοῦ
ἀπαθοῦς, εἰς τὸ ῥᾳδίαν τὴν μετ᾽ αὐτοῦ σάρκω-

©BIU Santé



tum non admittunt, latam specilli partem immittemus vel capitulum; cetera autem eodem modo faciemus; perspicua autem quoque methodus qua manu sanantur fistulae tortuosae; cuique enim flexurae incipientes a prima imponemus digitum vel latam specilli partem; et dein sic incisionem faciemus; si vero non obliqua est figura fistulae, verum adversa, id est, si deorsum tendat illa, exstirpabimus ad figuram circuli fistulam, tantum carnis circulo circumscribentes, quantum requiritur, ut totus callus excidatur; si autem tam profunda est, ut in os desinat, eodem modo callum excidèmus; atque si ipsum os denudatum quidem solummodo sit, post exstirpationem carnis scalpemus; si vero pinguedine sit tectum vel teredine affectum vel alio quodam modo corruptum, quo usque tendit fistula, excidemus.

3. Excisionem autem in parvis quidem ossibus solis scalpris quadratis dictis faciemus, non leviter perstringentes superficiem ossis corrupti sed quo usque penetrat fistula descendentes, ut carnis regeneratio ex fistula fiat; si vero majus quoddam os, uti brachium vel femur vel cubitus vel crus forte sit affectum, perforantes terebra quo usque tèndit fistula sic scalpris tollemus partes medias inter foramina sitas; si vero accidit os usque ad medullam esse affectum excisionem quoque usque ad medullam faciemus; non solum ipsam morbosam partem excidentes, sed in-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 65 sur 214

©BIU Santé



σιν γενέσθαι· εἰ δὲ δι᾽ ὅλȣ τὸ ὀστοῦν διαντιαίως πάθοι, χρὴ τὴν μεσότητα πᾶσαν ἀναιρεῖν.

4. Ὁ δὲ τῆς ἐκκοπῆς τρόπος τοίος δέ τις ἐστὶν· ἐκκοπέα χρὴ τῶν στενῶν καὶ πάχος ἱκανὸν ἐχόντων, οἷοι εἰσὶν οἱ καλούμενοι γομφωτῆρες, ἐρείσαντας κατὰ τὴν μεσότητα τοῦ διεφθορότος ὀστοῦ, ἰσχυρότερον ἐπικρούειν ἤπερ ἐν ταῖς ἄλλαις περιστάσεσιν, ἵνα καταβὰς εἰς τὸ βάθος, διαλύσῃ τὴν συνέχειαν τοῦ ὀστοῦ· καὶ ἐὰν μὲν εἷς ἐκκοπεὺς ἐξαρκέσῃ, τὰ ἑξῆς συντελεῖν· ἐὰν δὲ μὴ δύνηται ἀποκυλισθῆναι ὑπὸ ἑνὸς, καὶ δεύτερον παραληπτέον· κᾆν δέῃ ποτὲ, καὶ τρίτον· διακοπέντος δὲ τοῦ ὀστοῦ, τὸ ἕτερον τῶν μερῶν αὐτοῦ κατὰ τὸ πέρας τῶν ἀντεχόντων σωμάτων γυμνωτέον· καὶ μετὰ τοῦ γυμνωθῆναι τοσοῦτον, ὅσον παραλλάξαι προελούμεθα, δύο ληπτέον τελαμῶνας στενοὺς * εὐτόνȣς· τοῦ μὲν οὖν ἑνὸς τὴν μεσότητα περιβλητέον περὶ ἄκρον τὸ ὀστοῦν πρὸς τὸ ἐπισπάσασθαι τὲ καὶ ἐξάγειν αὐτὸ τῆς σαρκὸς δύνασθαι· τοῦ δὲ ἑτέρȣ τὴν διπλόην τῇ σαρκὶ τοῦ βραχίονος περιθετέον πρὸς τὸ ἐπὶ θάτερα τείνειν· ἔπειτα μηνιγγαφύλακα ὑποβάλλοντες ἢ σπάθην τῶν ξυλίνων τούτων· ἢ καὶ τι ἕτερον ὁμοιοειδὲς τούτοις σῶμα κατ᾽ ἐπικόπȣ (1) τούτων τινὸς πρίονι ἀποπρίσομεν πᾶν τὸ ἐφθορὸς τε καὶ ὑπερέχον ἔξω τῆς σαρκὸς τοῦ ὀστοῦ· ἀκώλυτος γὰρ ὁμοῦ καὶ ἀβλαβὴς ἡ πρίσις ἔσται διὰ τὰς τῶν τελαμώνων

Γρ. λεπτούς.

(1) Κατ᾽ ἐπικόπου φασὶ ὅτάν τι ὑποβληθῇ καὶ κατ᾽ αὐτοῦ ἡ τομὴ γένηται.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 66 sur 214

©BIU Santé



super etiam aliquid sanae partis comprehendentes, ut facilis sit hac ratione carnis generatio; si autem in universum per totam crassitudinem patiatur os, oportet mediam partem totam auferre.

4. Ratio autem excidendi talis quodammodo est; scalprum oportet tenuem et idoneam crassitatem habentem, quales sunt qui *compactores* dicuntur, defigentes in medio corrupto osse, validius impellere quam in aliis circumstantiis, ut ad fundum descendens solvat cohaerentiam ossis; atque si unus quidem scalper sufficit, quae dein conveniunt simul facere; si vero nequeat ab uno extorqueri, adsumendus et secundus; atque si forte opus est, et tertius; perforato osse altera ejus pars in fine integumentorum illud retinentium denudanda; et postquam denudata est tanta pars quantam a statu sano aberrasse statuemus, duae fasciae exiguae firmaeque sunt adhibendae; alterius quidem media pars circumjicienda est intimo ossi, ut illud extrahere et e carne educere possimus, altera vero duplicata brachii carni est circumducenda, ut ad alteram partem trahatur; dein meningophylacem subjicientes vel spatham ex ligneis illis vel etiam aliud quoddam corpus ejusdem generis ac haec ut fulcimento (1) illorum quodammodo inserviat, terebra serrata excidemus omne os corruptum et extra car-

(1) *Κατ' ἐπικόπου* dicunt, quando aliquid subjicitur et in illo incisio fit.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 67 sur 214

©BIU Santé



περιβολὰς καὶ τὴν τῆς σπάθης ἢ τὴν τοῦ μηνιγγοφύλακος ὑποβολήν· οὔτε τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ πρίονος ἐνοχλȣμένης, οἷα δὴ ὑπὸ τοῦ τελαμῶνος ἀφελκομένης· οὔτε τοῦ ὀστοῦ ἐγκρυπτομένȣ τῇ σαρκὶ, ἅτε ἀνατεινομένȣ διὰ τῆς ἑτέρας ταινίας.

5. Ἀποπρισθέντος δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους, πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον διαβατέον· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐκείνου τὸ διεφθορὸς καὶ ἐψιλωμένον,
p. 36. ἀπολυτέον· τὰ δ' αὐτὰ | ποιητέον καὶ εἰ μὴ διεφθορέναι τὸ ὀστέον τύχοι· περιπλεῖσθαι δὲ πάντοθεν ὑπὸ τῆς σύριγγος· οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ τὰ κατὰ κύκλον περιπλεόμενα σαρκωθῆναι δυνήσεται· διὸ καὶ ἐπὶ τούτων διακοπτέον πρότερον, καὶ τὰ ὀστέα ἀποκυλιστέον (1)· εἶτα οὕτως πᾶν τὸ περιπλεόμενον καὶ γεγυγνωμένον ἐκπριστέον· ἢν δὲ ἡ σύριγξ μὴ εἰς μέσον τὸ μῆκος τοῦ ὀστοῦ τύχοι καθήκειν, ἀλλ' εἰς το πέρας, ὥστε λῦσαι τὸ ἄρθρον, πᾶν τὸ πρὸς τῷ ἄρθρῳ τοῦ ὀστοῦ μέρος ἐκκοπτέον· εἰ δὲ ὅλον τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν διαφθαρείη μελανθὲν ἢ λιπανθὲν ἢ τερηδονισθὲν, ἁπλοτομήσαντες μεγάλῃ διαιρέσει, πᾶν τὸ ὀστοῦν κομισόμεθα.

6. Εἰ δὲ εἰς μέσον ἄρθρον ἡ σύριγξ καθήκοι, ὥστε ἑκατέρȣ ὀστοῦ τὸ πέρας φθεῖραι καὶ λῦσαι τὴν σύνδεσιν, δυσεργεστέρα μὲν ἤδη καὶ οὐ πάνυ τί εὐκατόρθωτος (2) ἡ χειρȣργία. χρὴ δὲ

---

(1) Γρ. ἀποκαυλιστέον.

(2) Γρ. δυσεργεστέρα μένη τὲ καὶ οὐ πάντη δυσκατόρθωτος.

©BIU Santé



nem eminens; non impedita enim simul et innocua erit terebrae applicatio ob fascias circumjectas et meningophylacem subjectam; dum neque caro a terebra gravatur, quippe quae a fascia retrahitur, neque os sub carne latet, quippe quod extractum est ab altera fascia.

5. Ope terebrae autem sublata altera parte, rursus ad alteram transeundum; et eadem ratione quoque ejus corrupta et denudata pars solvenda, atque eadem facienda, etiamsi non corruptum esset os; verum undique fistula illud ambiret; nulla enim ratione quae in ambitu fistula circundata sunt carne tegi poterunt; ideo et in illis dissecandum est prius et ossa extorquenda (1); dein omne circumdatum et denudatum terebra exstirpandum; si fistula non ad mediam ossis longitudinem sed ad extremam perveniat, ita ut solvat articulum, tota ossis pars circa articulum est excidenda; si vero totum brachii os corruptum esset vel nigrefactum vel pinguefactum vel teredine affectum simplici magnaque sectione usi, totum os amputabimus.

6. Si autem ad medium articulum fistula deveniat, ita ut utriusque ossis extrema pars sit vitiata atque cohaerentia soluta, difficilior jam quidem neque omnino peractu facilis (2) est chirur-

---

(1) Gr. αποκαυλιστέον i. e. evellenda.

(2) Difficilior maneret neque omnino peractu difficilis.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 69 sur 214

ὁμοίως ἐγχειροῦντας ἑκατέρῳ τοῦ ὀστοῦ τὸ πέρας
τὸ ἐφθορὸς ἅπαν κομίσασθαι· ἐπὶ μέν τοι γε μη-
ροῦ κατὰ κοτύλην λελυμένου καὶ συνδιεφθορείας,
καὶ τῆς ἐν τῷ ἰσχίῳ κοτύλης, παραιτητέον τὴν
χειρουργίαν, διὰ τὸ μέγεθος τῶν σωμάτων· πα-
ραιτητέον δὲ καὶ εἰ εἴς τινα τῶν τοῦ νωτιαίου
σπονδύλων ἡ σύριγξ καθήκοι, φθείρασα τὸν σπόν-
δυλον: εἰ δὲ εἰς πλευρὰν, οὕτω ποιήσομεν ὡς ἐν
τοῖς περὶ ἀποστημάτων εἰρήκαμεν (1).

7. Ὅταν δ' ἐν τῷ πήχει συστῇ, τὰ αὐτὰ
γιγνέσθω τοῖς ἐπὶ βραχίονος· ἀλλ' ὁ μὲν βραχί-
ων μονοειδὲς ὀστέον ἔχει· ὁ δὲ πῆχυς διζυγής
ἐστι· μέσης οὖν τῶν δυοῖν ὀστέων τῆς ὑποφθορᾶς
οὔσης, ἀνάγκην ἔχει ὁ ἐνεργῶν τὸ ἕτερον ὀστέ-
ον ἐκκόψαι· ἐκκόπτεσθαι δὲ τὸ λεπτότερον, ἐὰν
μὲν κάτω γένηται πρὸς καρπὸν ὑποφθορὰ τοῦ πή-
χεως· ἐὰν δὲ ἄνω, πρὸς ἀγκῶνι τὸ τῆς κερκίδος·
ἀντιθέτως γὰρ ἔχει τὰ τοῦ πήχεως ὀστά· εἰ
δὲ (2) εἰς μασχάλην καθήκοι, καὶ δέος εἴη μή-
πως ἐν τῇ περιαιρέσει ἣν ἠξιοῦμεν ἐπὶ τῶν αὐτί-
ων συρίγγων παραλαμβάνειν, ἀρτηρίαι τῶν εὐ-
ρώστων ἢ φλέβες ἢ καὶ νεῦρα ὑποπέσωσι, τῆς
μὲν περιαιρέσεως ἀποστησόμεθα· πλὴν εἰ μή τις
ἐθέλοι τὴν ἐπιφάνειαν μόνην περικόπτειν, καθ-
p. 37. ήσομεν || δέ τι τῶν ἐκτυλωτικῶν φαρμάκων, ἵν'
ἡ χρεία τῆς περιαιρέσεως ὑπαντήσῃ.

---

(1) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\gamma}$ τῶν Ἡλιοδώρου χειρουργουμένων, κεφάλαιον περὶ τῶν κατὰ τὸν πῆχυν παθῶν.

(2) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\alpha}$ Ἀντύλλου, κεφάλαιον περὶ συρίγγων.

©BIU Santé



gia; oportet autem eodem modo manus admoventes utriusque ossis extremae parti, omne vitiatum exstirpare; in femore quidem si in cavo articulari sit solutum et simul corruptum, uti et in ipsius coxae cavo articulari, chirurgia est omittenda ob magnitudinem corporum; omittenda autem et quando ad aliquam dorsi vertebram fistula devenit, corrumpens vertebram; si autem ad costam, eodem modo agemus ac de abscessibus agentes diximus.

7. Cum autem in antibrachio adsit, eadem fiant ac in brachio; sed brachium quidem uniforme habet os; antibrachium vero duplex est; in spatio autem inter duo ossa intermedio cum adsit vitium, necesse est chirurgum alterum os excidere; excidere autem tenuius oportet, si quidem in inferiori parte versus carpum adsit vitium antibrachii; si vero in superiore versus cubitum, os radium; opposita enim ratione se habent antibrachii ossa; si autem ad axillam penetret et metus adsit ne circumcisura, quam in externis abscessibus adhibere commendavimus, arteriae validae vel venae vel etiam nervi occurrant, a circumcisura abstinebimus; nisi quis velit partem superficialem solam circumcidere; imponemus aliquod remedium callum delens, ut vices gerat utilitatis circumcisurae.

©BIU Santé



8. Τὰ δὲ αὐτὰ ποιητέον καὶ ἣν κατὰ βȣβῶνος ἢ τραχήλȣ ἡ σύριγξ ὑποπίπτῃ· καὶ μέν τοι κἂν εἰς ὀστοῦν ἐνερείδοι, δέοι δὲ ἐκκόπτειν τὸ ὀστοῦν, ἀγγεῖα δὲ ἢ νεῦρα ἐμπελάζοι τινὰ, οὐ πρότερον τὴν ἐκκοπὴν ποιητέον, πρὶν διαπυῆσαι περιαιρεθεῖσαν τὴν σύριγγα· μετὰ γὰρ τὴν διαπύησιν, καὶ ἀναίμακτος καὶ ἀκίνδυνος ἡ ἐκκοπὴ τῶν ὀστῶν γίνεται· εἰ δὲ μεταξὺ ὠμοπλάτης καὶ τοῦ ὑπ' αὐτῇ σωμάτων ἡ σύριγξ πλαγεῖα γένοιτο, τῶν ἀρχαίων ἀπηγορευκότων τὴν θεραπείαν ἡμεῖς ἐγχειροῦμεν τόνδε τὸν τρόπον· καθίεμεν διὰ τοῦ στομίȣ τῆς σύριγγος πλατυμήλης, ἐφ' ὅσον οἷόν τε προβῆναι αὐτήν ἔπειτα καθ' ἃ μέρη ὁ πυρὴν πλάγιος, πρὸς ἅπαντα στοχαζόμενοι· καὶ ταῦτα χιεζοῦμεν τὰ ἐστορισμένα σώματα τῆς ὠμοπλάτης· καὶ εἰ μὲν ἀναίμακτος ὁ χιεσμὸς γένοιτο, ἐκκόπτομεν τὸ κατ' αὐτὸ μέρος τῆς ὠμοπλάτης· ἐκκόψαντες γὰρ ἐντευξόμεθα τῷ πυρῆνι τῆς μήλης· καὶ οὕτως ἀνακολȣθοῦντες ἐκτυλώσομεν τὴν σύριγγα· εἰ δὲ ὑπὸ αἱμοῤῥαγίας ἐπὶ τῷ χιεσμῷ γενομένης, ἐμποδισθείη παραυτίκα ἐκκοπῆναι ἡ ὠμοπλάτη, δεῖ τὴν διαπύησιν περιμείναντας, οὕτως ἐκκόπτειν.

9. Τὰς δὲ εἰς τὸ ἄρθρον τῆς γένυος ἀποτελευτώσας ἀπαγορεύειν ἄξιον· ἡ γὰρ γειτνίασις τῶν τε μασητήρων καὶ τῶν κροταφιτῶν μυῶν, οὐδαμῶς ἀκίνδυνον τὴν χειρȣργίαν ὑπογράφει· τὰ δὲ κάτω μέρη τῆς γένυος ὑπὸ σύριγγος φθαρέντα εὐθεράπευτα· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἐγχειρήσεως, ὁ αὐτὸς τῷ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀστῶν εἰρημένῳ· εἰ δὲ κατὰ τὴν ὑπερώαν ἐκ τῶν ἔνδοθεν μερῶν

©BIU Santé



8. Eadem autem et facienda, si in inguine vel in collo fistula occurrat; atque si ossi quidem innitatur oporteatque excidere os et vasa aut nervi quaedam sint in propinquo, non prius excisio est perficienda quam suppuratio orta sit in circumcisa fistula; post suppurationem enim et sine sanguinis effusione et sine periculo fit excisio ossium; si autem inter scapulam eique supposita corpora fistula adsit obliqua, antiquis sanationem negantibus, nos manus admovemus sequenti ratione; imponimus per fistulae aperturam specillum latum quo usque progredi potest illa; dein in illis partibus versus quas capitulum specilli tendit, omnia spectantes, in illis etiam incisura decussata findemus corpora scapulae imposita; atque si cruenta quidem non sit incisura, excidimus suppositam scapulae partem; excidentes enim incidemus in capitulum specilli, atque sic quae dein conveniunt facientes, callum delebimus fistulae; si autem sanguinis effusione sub incisione superveniente impediatur quominus statim excidatur scapula, oportet suppurationem exspectantes, tunc demum excidere.

9. In articulum autem maxillae desinentes dignae sunt ut sanatio recusetur; vicinitas enim musculorum maseterum et temporalium haudquaquam periculi expertem praebet curationem; inferiores autem maxillae partes a fistula corruptae facile curantur; ratio autem agendi eadem est quam in aliis ossibus memoravimus; si autem in palato ab internis partibus orta fistula corrupe-

©BIU Santé



συστᾶσα ἡ σύριγξ φθείρειε τὸ ὀστοῦν, εἰ μὲν διὰ πάχυς ἐκ τῶν ἔξωθεν μερῶν καὶ τὰ μῆλα χιάσαντες οὕτως ἐκκόψομεν τὸ ὀστέον· εἰ δὲ μὴ πᾶν φθαρείη τὸ οστοῦν, μόνη δὲ ἡ ἔνδοθεν ἐπιφάνεια, τὸ μὲν ἐκκόπτειν ἀνεπιτήδειον. οὔτε γὰρ ὅλον αἱρεῖν ἐκεῖνο οὗ μέρος ὀλίγον πέπονθε, εὔλογον· οὔτε αὐτὸ το πεπονθὸς ἐκκόπτειν, δυνατόν· πῶς γὰρ ἄν τις διὰ τοῦ στόματος ποιοῖτο τὴν ἐκκοπήν;

10. Χρὴ τοίνυν ἐκ τῶν ἔνδοθεν μερῶν περιελόντας τὴν σάρκα καὶ γυμνώσαντας τὸ πεπονθὸς ὀστοῦν καίειν, ὅπως ἀποστῇ λεπίς· καίειν δὲ
p. 38. | τὸν τρόπον τοῦτον· χαλκοῦν αὐλίσκον κατεσκευᾶσθαι χρὴ παραπλήσιον κατὰ τὴν κοιλότητα τοῖς καλαμίσκοις καλουμένοις· τετρήσθω διαντιαίῳ τρήματι, καὶ μὴ προσκείσθω πυθμήν· ἐχέτω δὲ καὶ καμπὴν ὁ αὐλίσκος μὴ γαμμοειδῆ· τὸ γὰρ τοιοῦτο σχῆμα πρὸς τὴν χρείαν ἄθετον· ἀλλὰ μηνοειδῶς πᾶς ἐπινενευέσθω πρὸς τὸ ἐντιθεμένου τῷ στόματι τὸ στομίον αὐτοῦ ἐνερείδειν εἰς τὴν ὑπερώαν ἄνω· μῆκος δὲ τοῦ αὐλίσκου τοσοῦτον ὥστε τοῦ ἑτέρου πέρατος ἐνερείδοντος εἰς τὸ πεπονθὸς μέρος τῆς ὑπερώας, τὸ ἔξωθεν τῶν ὀδόντων ὑπερέχειν δακτύλοις τρισί· ἔπειτα καυτήριον κατασκευαστέον ὁμοιόσχημον τῷ αὐλίσκῳ, πρὸς τὸ διοδεύειν δύνασθαι δι᾽ αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸ ἄκρον τὸ καυτήριον μὴ πυρῆνα ἐχέτω, ἀλλὰ βάσιν ἐπίπεδον ἐξ ἀποτομῆς· ἐπὶ τῆς χρείας οὖν ἐνθετέον τὸν αὐλίσκον εἰς τὸ στόμα· καὶ ἀνανεύσαντες αὐτοῦ τὴν καμπὴν εἰς τὴν ὑπερώαν, ὥστε ἐφιδρᾶσθαι τῷ πεπονθότι τοῦ ὀστέου, πυρακτώσαντες

©BIU Santé



rit os, si profunde quidem, ab externis partibus decussata incisione fissis malis, sic excidemus os; si autem non totum corruptum sit os, verum unica interna superficies, excisio quidem non convenit; neque enim totum illud tollere idoneum est, cujus exigua pars affecta est, neque affecta pars excidi potest; quomodo enim quis per os faciet excisionem?

10. Oportet itaque ab internis partibus circumcidentes carnem et denudantes affectum os, sic urere, ut abscedat crusta; urere autem sequenti ratione; tubulum aeneum parare oportet similem quod ad cavitatem attinet illis qui parvi calami dicuntur; perforetur foramine pervio neque adsit fundus; habeat autem et curvaturam tubulus non ad figuram literae $\gamma$; talis enim figura usui non est apta; sed ad figuram lunatam totus incurvetur ut ejus apertura ori impositi palato nitatur superne; longitudo autem tubuli tanta sit ut altera ejus extremitate affectae palati parti innitente, altera exterior extra dentes promineat tribus digitis; dein cauterium parandum ejusdem figurae ac tubulus, ut per eum transire possit; summum autem cauterium non habeat capitulum, sed fundum planum a resectione; sub usu igitur tubulus imponendus est ori; atque sursum vertentes ejus curvaturam ad palatum, ut incidat in affectum os, candefacientes cauterium, illud imponemus trans tubulum; et ossi illud applicantes uremus; sic enim nullum circumjacens corpus ab ustione gravabitur; non

©BIU Santé



τὸ καυτήριον καθήσομεν διὰ τοῦ αὐλίσκου· καὶ προσαρμόσαντες τῷ ὀστέῳ καύσομεν· οὕτως γὰρ οὐδὲν τῶν πέριξ σωμάτων ὑπὸ τῆς πυρώσεως ἐνοχληθήσεται· οὐ μόνον δὲ ἐπὶ ὑπερώας ἐστὶν οὗτος ὁ τρόπος ὁ τῆς ὀριγανοποιΐας εὔθετος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων ὀστῶν, ὅσα δεῖται μὲν καύσεως, γειτνιᾷ δὲ νεύροις ἢ ἄλλοις κυρίοις τισὶ σώμασιν.

11. Ὅσαι δὲ εἰς βρόχον καθήκουσι σύριγγος ἔξωθεν τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ τραχήλȣ λαβοῦσαι, οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἰατροὶ ἀπηγόρευον, ἡμῖν δὲ ἀρέσκει μυρσινοειδῶς περιελόντας αὐτὰς, καὶ τοῦ βρόγχȣ περιγλύψαντας τὸ ἐφθορὸς, ἀπάγειν τὸ δέρμα καὶ ζυγοῦν. ἐνίοτε γὰρ εὐστοχεῖται τὰ περὶ τῆς κολλήσεως· τὰς δ' εἰς τὴν εὐρυχωρίαν τοῦ θώρακος κατιούσας, καὶ ταύτας ἀπηγόρευσαν οἱ παλαιοί· ἡμεῖς δὲ εἰ μὲν ὁ πνεύμων ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς σύριγγος ἐνοχληθῆναι τύχοι, ἢ καὶ τοῦ ὑπεζωκότος ὑμένος πολύ τι μέρος, καὶ αὐτοὶ παραιτησόμεθα. εἰ δ' ὀλίγον ὁ ὑπεζωκὼς πάθοι, ὥστε αὐτῷ μόνῳ
p. 39. σύντρησιν γενέσθαι, παραπλησίως ἐγχορήσομεν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ || τῶν εἰς βρόχον κατατεινȣσῶν.

12. Ἐπὶ δὲ τῶν εἰς ἔντερα, εἰ μὲν καὶ αὐτῶν τι τῶν ἐντέρων ἀναστομωθείη, δηλονότι ἀπαγορεύσομεν· εἰ δὲ μόνον τὸ περιτόναιον, περιελόντες, εἰ μὲν ἐνδέχοιτο, μυρσινοειδῶς, ἐναίμως ἄξομεν, χρησάμενοι τῷ τῆς γαστροῤῥαφίας τρόπῳ, ἧς τὸ εἶδος ἐν οἰκείῳ τόπῳ παραδείξομεν· εἰ δὲ μὴ ἐπιδέχοιτο τὸ σχῆμα τῆς σύριγγος μυρσινοειδῆ περιαίρεσιν κυκλοτερῆ, περιγράψαντες τὸν κατὰ συνσάρκωσιν τῆς θεραπείας ἐπάξομεν τρόπον· περὶ δὲ τῶν εἰς φλέβαν ἢ ἀρτηρίαν, εἰ



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 76 sur 214

©BIU Santé



solum autem in palato haec ratio instrumenta adhibendi est probanda, verum et in omnibus ossibus, quaecunque ustione indigent et vicina sunt nervis aliisve magni momenti corporibus.

11. Quaecunque autem ad asperam arteriam deveniunt fistulae extra a collo initium capientes, illarum sanationem quidem prisci medici denegabant, nobis vero sufficit ad formam myrtei folii illas circumcidentes et asperae arteriae circumscribentes corruptam partem, retrahere cutem et conjungere; nonnunquam enim bene succedunt quae ad conglutinationem pertinent; ad cavum autem pectoris devenientium, illarum quoque sanationem recusabant antiqui; nos autem si pulmo quidem graviter a fistulâ laesus sit, vel etiam substratae membranae magna quaedam pars, sanari illas posse negabimus; si parum vero substrata patiatur, ita ut solummodo sit perforata, eodem modo manus admovebimus ac fistulis ad asperam arteriam tendentibus.

12. In illis quae ad intestina penetrant, si ipsorum quidem intestinorum etiam aliquid sit apertum, certo sanationem recusabimus; si vero unicum peritonaeum, circumcidentes, si liceat quidem, sub forma myrtei folii, cruenta ratione agemus, utentes gastrorrhaphiae ratione, cujus formam idoneo loco indicabimus; si autem figura fistulae non admittit circumcisuram sub figura myrtei folii, circulari incisura illam circumscribentes, adhibebimus curandi rationem carnis in-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 77 sur 214

©BIU Santé



μὲν εἴη μεγάλη, παρεδείξαμεν ἤδη ὅτι διὰ φαρμακείας ἐκτυλοῦν καὶ ἀποθεραπεύειν χρὴ τὰς τοιαύτας· ἐπὶ δὲ τῶν μικροτέρων, ἔξεστι μὲν καὶ περιαιρέσει. βέλτιον δὲ καὶ καύσει χρῆσθαι· οἵ τε γὰρ τύλοι ὑπὸ τῆς καύσεως ἐκδαπανῶνται· καὶ ἐν τῷ παραυτίκα μεταβάλλȣσιν εἰς ἐσχάραν, ἀναίμακτός τε ἡ ἀποθεραπεία γίνεται.

13. Τὰς δὲ εἰς νεῦρον (1) περαιȣμένας πάσας διὰ φαρμακείας θεραπευτέον· τὰ δ' ἐν τοῖς οὔλοις συρίγγια ἐπιδιαιρεῖσθαι χρὴ· ἐξαπλωθέντα γὰρ θεραπεύεται ὡς ἕλκη· ἐὰν δὲ δυσανασχετῇ ὁ πάσχων, ἐξαιρείσθω ὀδούς· ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ὀδόντος ἐξαιρέσει τὸ συρίγγιον ἀνασταλήσεται καὶ τὸ οὖλον συμπεσεῖται· ἐπὶ δὲ τῆς ἕδρας (2) φανερᾶς μενούσης τῆς σύριγγος ἔξω τοῦ στομίȣ παρὰ τῷ δακτυλίῳ, ἔνδοθεν δὲ τοῦ δακτυλίȣ συντετρημένȣ, ὁ τῆς μηλωτρίδος πυρὴν εἰς τὸ στόμιον ἐντιθέσθω· και διωθείσθω τὸ ἔλασμα, ἕως κενεμβατήσῃ εἰς τὸν τῆς ἕδρας πόρον· εἶτ' ἐπικαθιέσθω εἰς τὴν ἕδραν ὁ λιχανὸς δάκτυλος τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς, καὶ δι' αὐτοῦ ἐκλαμβανέσθω ὁ τῆς μηλωτρίδος πυρὴν, καὶ ἀποτεινέσθω, καὶ τότε ἐκτεμνέσθω πάντα τὰ σεσυριγγωμένα, ὅλα τὰ ἐξηλειμμένα· κἂν φανῇ τύλος ὑποκείμενος, ἀπὸ τῶν ὑγειῶν ἐντεμνέσθω.

14. Ἐὰν δὲ ᾖ βαθυτέρα ἡ σύριγξ, συντετρη-

(1) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\eta}$ τῶν Ἡλιοδώρου χειρουργουμένων, κεφάλαιον περὶ τῶν ἐν οὔλῳ συρίγγων.

(2) Ἀπὸ τοῦ $\overline{\delta}$ τῶν Ἡλιοδώρου χειρουργουμένων, κεφάλαιον περὶ τῶν ἐν ἕδρᾳ συρίγγων.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 78 sur 214

©BIU Santé



ductioni faventem; de fistulis ad venam vel arteriam penetrantibus, si magnae quidem sint, ostendimus jam tales ope medicaminum a callo purgari et sanari oportere; in minoribus vero licet quidem et circumcisura uti; melius autem ustionem adhibere; callus enim ab ustione deletur et confestim mutatur in crustam et sine sanguinis effusione fit cura secundaria.

13. Ad nervum autem penetrantes omnes ope medicaminum sunt sanandae; exiguas vero in gingivis fistulas findere oportet; plana enim facta sanantur uti ulcera; si autem aegre ferat aegrotus, extrahatur dens; simul enim cum dentis extractione fistula dilatabitur et gingiva concidet; in sede autem cum appareat fistula extra aperturam prope anum intusque anus sit perforatus, specilli capitulum aperturae immittatur; atque trajiciatur lamina, donec in vacuum perveniat sedis canalem; dein sedi imponatur digitus index sinistrae manus et ejus ope educatur specilli capitulum et attrahatur atque tunc omnia fistulosa quae sunt exsecentur, tota educta pars; atque si subjacens appareat callus, inde a sanis partibus in illo fiant incisurae.

14. Si autem profundior est fistula, perforato constrictore, vel fine intestini recti, si fieri quidem possit, specillo educatur ulceratio; atque

©BIU Santé



μένου τοῦ σφιγκτῆρος, ἢ τοῦ πέρατος τοῦ ἀπευθυσμοῦ, ἐὰν μὲν ᾖ δυνατὸν, τῇ μηλωτρίδι ἐκλαμβανέσθω ἡ ὑποφορά· καὶ τότε ὁ μὲν σφιγκτὴρ ἀποτεινέσθω· ὁ δὲ δακτύλιος περιαιρείσθω· σφιγκτὴρ γὰρ
p. 40. ὅλος διὰ βάθους περιαιρεθεὶς, οὐ συμφύεται, ἀλλὰ | τῆς τοῦ σκυβάλου ῥοιάδος αἴτιος γίνεται· ἐὰν δὲ ἐκτρέπεσθαι μὴ δύνηται ὁ σφιγκτὴρ σὺν τῷ δακτυλίῳ διὰ πάχος καὶ τὴν ἀπήνειαν τῶν σωμάτων, καθιέσθω ἡ μηλωτρὶς εἰς τὸ βάθος ἕως οὗ κενεμβατήσῃ, καὶ τῷ δακτυλίῳ καθεσθέντι γυμνὸν προσπέσῃ τὸ τῆς μηλωτρίδος ἔλασμα· ἐπικόπου δ' ὄντος τοῦ ἐλάσματος, τὸ τῆς ὑποφορᾶς βάθος ὑποδιαιρείσθω, τοῦ ἀπευθυσμένου λέγω καὶ σφιγκτῆρος.

15. Πρὸς δὲ τὴν ἐπιδιαίρεσιν, τῷ λιχανῷ δακτύλῳ συγκαθιέσθω ἡ τοῦ ἡμισπάθου ἀκμὴ τοῦ ὑπὸ τινῶν κατεσκευαζομένου συριγγοτόμου· καὶ ἔσωθεν ἔξω ἀγομένη ἡ ἀκμὴ, διαιρείτω τὸ τῆς ὑποφορᾶς βάθος· ἐπιδιαιρεθέντος δὲ τοῦ σφιγκτῆρος, κομιζέσθω μὲν ἡ ἀκμή· τῷ δὲ λιχανῷ δακτύλῳ ἐκλαμβανέσθω ἔσωθεν ἔξω τὸ τῆς μηλωτρίδος ἔλασμα· ἵν' ὁ σεσυριγγωμένος δακτύλιος κατὰ τὴν μεσότητα γένηται τοῦ τῆς μηλωτρίδος ἐλάσματος, καὶ πάλιν γένηται ἡ ἐκτομὴ κατὰ τὸν ἱστορημένον τρόπον· ἀσυντρήτου δ' οὔσης τῆς ὑποφορᾶς, τὸ τῆς μηλωτρίδος ἔλασμα καθιέσθω· καθιέσθω δὲ καὶ εἰς τὴν ἕδραν ὁ λιχανὸς, ἵν' ἐκ διαδόσεως τῆς ἀφῆς γινώσκῃ ὁ σημειούμενος τὸ πάχος τῶν σωμάτων· κἂν μὲν ᾖ λεπτὰ, συντιτράσθω κατὰ τὸ πέρας ἡ ὑποφορά· συντιτράσθω δὲ ἢ τῇ μη-

©BIU Santé



tunc constrictor quidem deorsum tendatur; anus vero penitus incidatur; constrictor enim totus, cum profunde incidatur, non coalescit, sed faecum effluvii causa fit; si autem educi nequeat constrictor simul cum ano ob crassitiem et duritatem corporum, immittatur fundo specillum, donec in vacuum perveniat canalem et obtectum anum attingat nuda specilli lamina; fulcimento autem dum inserviat lamina, leves fiant incisurae in fundo ulcerationis, intestini recti nempe et constrictoris.

15. Ut autem fiat incisio accedens, una cum digito indice imponatur semispatulae cuspis quae a nonnullis paratur ad fistulas incidendas; atque ab interna parte extrorsum ducta cuspis findat ulcerationis fundum; simul vero fisso constrictore, retrahatur quidem cuspis; indice autem digito educatur ab interna parte extrorsum specilli lamina, ita ut anus fistulosus situs sit sub media specilli laminae parte atque iterum fiat excisio ratione modo dicta; impervia autem cum sit ulceratio, specilli lamina immittatur; immittatur et sedi index, ut indicatione tactus percipiat observator crassitiem corporum; atque si tenuia quidem sint, perforentur in fine ulceratio; perforentur autem vel specillo vel instru-

λωτρίδι, ἢ τῇ ὀξείᾳ· καὶ μετὰ τὴν σύντρησιν, ἐκλαμβανέσθω τὰ εἰρημένα.

16. Ἐὰν δὲ ᾖ παχέα τὰ μεταξὺ τῆς ἕδρας καὶ τῆς ὑποφορᾶς σώματα, τοπικὴ γινέσθω τῆς σύριγγος ἀναστολή. παχύτατα γὰρ σώματα ἐκτεμνόμενα αἱμοῤῥαγίαν δυσκράτητον ἐμποιεῖ. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ βάθος τῆς ἐκτομῆς, δυσχερὲς συσσάρκωσιν γενέσθαι· ὅταν δὲ ᾖ κεχωρισμένη ἡ σύριγξ τῆς ἕδρας πλησιάζουσα τῷ ἰσχίῳ, πρό-
* Cod. δὲ. τερον αὐτὴν ἱπποτηρίῳ ἀνευρύνειν δεῖ *, καὶ τότε ὅλον ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας ἕως τοῦ βάθους ἀναστέλλειν, ἐκτέμνειν τὲ τὰ χείλη· ὑφ' ὅσον γὰρ ὑγιάζεται ἡ ἀναστολὴ μεμυουρισμένη κατὰ τὸ βάθος, ἐπὶ τοσοῦτον συντομωτέρα γίνεται ἡ συσσάρκωσις· ταῦτα φρονοῦμεν ἐπὶ τῶν εὐθειῶν συρίγγων.

17. Ἄνω δὲ τῆς σύριγγος ἐσχηματισμένης
p. 41. κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὸ βάθος τῆς ὑποφορᾶς || ἡ ἀναστολὴ γινέσθω· ἐὰν δὲ πλησιάζῃ ἡ ὑποφορὰ τῷ τῆς κύστεως τραχήλῳ, ἐγκειμένης τῆς μηλωτρίδος τὴν σύριγγα, καθιέσθω διὰ τῆς οὐρήθρας πρὸς τὴν ἡλικίαν καθετὴρ, ἵν' ἐν τῇ χειρουργίᾳ δια τῆς ἁφῆς ἐκ διαδόσεως τοῦ καθετηρίου, ἀντιλαμβανόμενοι τοῦ τῶν σωμάτων πάχους, ἀσύντρητον φυλάξωμεν τὸν τῆς κύστεως τράχηλον· κάτω δὲ τῆς σύριγγος ἐσχηματισμένης, καὶ τοῦ ἱεροῦ ὀστέου λελιπασμένου ἢ τετερηδονισμένου, οὐ δεῖ αὐτὸ δεδοικέναι διὰ τὸ ὄνομα· οὐ γὰρ ἐστι κύριον, ἀλλ' ἐὰν ἐπιζητῇ ἐκκοπὴν ἐνεργεῖν, καθὼς ἐδηλώθη ἐπὶ τῶν ἄλλων τετερηδονισμένων ὀστέων. κρυπτῆς δὲ σύριγγος γενομένης ἐν δακ-

©BIU Santé



mento acuto; et post perforationem, educantur dicta.

16. Si autem crassa sunt corpora sedi et ulcerationi interposita, localis fiat fistulae explanatio; crassissima enim corpora sanguinis effluvio devictu difficili causam praebent; simul autem propter profunditatem excisionis, aegre se habet carnis inductio; quando separata fistula sedis vicina est coxae, prius illam ope hippoterii dilatare oportet atque tunc integram illam inde a superficie usque ad fundum explanare et exsecare labia; quanto enim magis sensim contrahitur apertura in fundo durante sanatione, eo brevior est carnis inductio; haec cogitamus de rectis fistulis.

17. Cum autem sursum figurata sit fistula, secundum figuram et profunditatem ulcerationis fiat explanatio; si autem vicina sit ulceratio vesicae collo, specillo fistulae imposito, immittatur per urethram pro aetate catheter, ut sub operatione dum tactus ope sentiamus catheterem, de crassitie corporum certiores facti, imperfossum servemus vesicae collum; deorsum autem cum figurata sit fistula osque sacrum pinguefactum vel teredine affectum, non illi timere oportet ob nomen; non enim magnum habet momentum sed si illud requirat, excisionem instituere, sicut descripta est in aliis ossibus teredine affectis; abdita autem cum sit fistula in ano apertura intus sita, ulce-



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 83 sur 214

©BIU Santé



τυλίῳ τοῦ μὲν στομίȣ ἔνδον ὄντος· τῆς δ'ὑποφορᾶς πλάτος τοῦ βάθȣς προσαναμετρηθέντος ἔσωθεν ἀπὸ τοῦ στομίȣ, ἀγκίστροις ἀποτεῖναι δεῖ τὴν σύριγγα καὶ ὅλκῳ ἐκτέμνειν.

18. Ταῦτα μὲν οὖν δύναται γίνεσθαι ὅταν ἡ ἔξωθεν τοῦ δακτυλίου ἢ κρυπτὴ σύριγξ. ὅταν δὲ βαθεῖα τυγχάνῃ, τὸν σφιγκτῆρα σεσυριγγωκυία, ἤτοι ἀπὸ τοῦ δακτύλȣ ἀρξαμένη, καὶ ἐπὶ πολὺ κεχωρηκυῖα, ἡ ἐν τῷ σφιγκτῆρι κατεσκευασμένη, μετὰ τὴν δεδηλωμένην σημείωσιν τῷ ἑδροδιαστολεῖ (1) διοπτρίῳ λέγω, διαστεῖλαι δεῖ τὴν ἕδραν, ὡς γυναικεῖον κόλπον· εἶθ' ὅταν φανερὸν γένηται τὸ τῆς σύριγγος στόμιον, δι' αὐτὸ καθιέσθω ὁ τῆς μηλωτρίδος πυρὴν, καὶ διωθείσθω εἰς τὸ βάθος· ἐπικόπȣ τε ὄντος τοῦ ἐλάσματος, ὅλη διαιρείσθω ἡ σύριγξ τῷ ἡμισπαθίῳ· ταῦτα γινέσθω ἐπὶ τῶν μονοστόμων καὶ μονοσχιδῶν συρίγγων· τῆς δὲ σύριγγος πολυστόμȣ καὶ μονοσχιδοῦς οὔσης, πρότερον ἐκτεμνέσθω πάντα τὰ φαινόμενα στόμια· γυμνωθεῖσα γὰρ ἡ τοῦ κόλπȣ ἀρχὴ, μονοστόμιον καὶ μονοσχιδῆ σύριγγα ἐνδείξεται· ὥστε πάλιν ἡμᾶς κατὰ δευτέραν ἐπιβολὴν τοῖς αὐτοῖς ἔργοις χρήσασθαι τοῖς μικρῷ πρόσθεν εἰρημένοις· ἐπὶ δὲ τῆς μονοστόμȣ καὶ πολυκόλπȣ τῇ δυνάμει ταῦτα ἐστὶν ἔργα· ἐκτμηθέντος γὰρ τοῦ στομίȣ, γυμνωθεῖσαι αἱ τῶν κόλπȣν ἀρχαὶ, πολύστομον καὶ πολυσχιδῆ σύριγγα ἐνδείξεται.

(1) Ἐν τούτῳ τὸν ἑδροδιαστολέα μικρὸν διόπτριον καλεῖ.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 84 sur 214

©BIU Santé



rationis plagam integram, profunditatem cum demetiti simus intus inde ab apertura, fistulam nempe uncis detrahere oportet et tractu excidere.

18. Haec igitur fieri quidem possunt si vel extra anum sita vel occulta est fistula; si vero profunda sit, sphincterem perforans vel quidem ab ano incipiens et multum procedens vel in constrictore sit formata, post descriptam distinctionem instrumento ad anum dilatandum (1) speculo nempe, dilatare oportet sedem, uti pudendum muliebre; dein conspicua si sit fistulae apertura, per illam immittatur specilli capitulum et impellatur usque ad fundum; fulcimento dum inservit lamina, tota dissecetur fistula ope semispatulae; haec fiant in fistulis unica apertura unicoque canali instructis; fistula vero multas aperturas cum habeat verum unicum canalem, prius exsecentur omnes aperturae conspicuae; denudatum enim sinus initium fistulam praebebit unica apertura unicoque canali instructam; ut rursus nos secunda operatione eandem adhibeamus agendi rationem ac paulo ante descripsimus; in fistula vero unica apertura verum multis sinubus instructa quantum fieri potest haec sunt facienda; excisa enim apertura, denudata sinuum initia fistulam praebebunt multis aperturis multisque canalibus instructam.

(1) Hic instrumentum ad anum dilatandum parvum speculum vocat.

©BIU Santé



19. Κοινότερον δὲ ἐπὶ τούτων ἐξετάσαι δεῖ,
p. 42. πότερον τὰ μεταξὺ τῶν | ὑποφορῶν σώματα λεπ-
τά ἐστιν ἢ παχέα· ἵνα ἐὰν ᾖ λεπτὰ, συντμη-
θῇ πάντα καὶ γένηται μία ἕλκωσις· ἐὰν δὲ πα-
χέα, ἑκάστη ὑποφορὰ καθ' ἑαυτὴν ἀνασταλῇ.
ἐὰν δ' ἡ μὲν τις ὑποφορὰ ἄνω ᾖ ἐσχηματισμέ-
νη, ἡ δὲ κάτω· ἄλλη δὲ πλαγία κεχωρισμένη,
κατὰ πολὺ τῶν συρίγγων παχέων ὄντων τῶν
μεταξὺ σωμάτων, ἑκάστη ὑποφορὰ καθ' ἑαυτὴν
ἀναστέλλεσθαι ὀφείλει· αἱ χειρουργίαι εἰσὶν αὗ-
ται· μεθ' ἃς θεραπεῖαι ἐγκρινέσθωσαν ἀναξηραί-
νουσαι μὲν ὀστέον γεγυμνωμένον, λιπαίνουσαι δὲ
ὅταν ᾖ ἐσκεπασμένα τὰ ὀστᾶ· τοῦ δὲ δακτυλίου
κατὰ πλείονα μέρη καθ' ὅλον τὸν κύκλον περιη-
ρημένου, ἵνα μὴ φιμὸς γένηται· ἐν μὲν ταῖς πρώ-
ταις ἡμέραις πριαπίσκος ἐντιθέσθω· ἐν δὲ ταῖς
ἐσχάταις πρὸς τὴν κατούλωσιν σωλὴν μολύβου
ἢ κασσιτήρινος γινέσθω, καὶ ἐντιθέσθω μέχρι
κατουλώσεως· καὶ μετὰ τὴν κατούλωσιν δὲ συμ-
φέρει βραδῦναι τὴν τοῦ σωλῆνος ἔνθεσιν πρὸς
ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν θεραπείαν (1)· καὶ ἐν δακ-
τύλοις ἀποστηματικὰ συρίγγια γίνεται, ὡς ἐπί-
παν ἐν ταῖς συναρθρώσεσιν· ἐφ' ὧν δεῖ, ἤτοι τὸ
ἀποστημάτιον, ἤτοι τοῦ συριγγίου τὸ στόμιον
κατὰ τετράγωνον σχῆμα τέμνειν· κᾂν μὲν ᾖ
ἀλιπῆ τὰ ὀστάρια, μηδὲν περιεργάζεσθαι· λι-
πασμοῦ δὲ ὄντος, ἐκκόπτειν τὰς τῶν σκυταλί-
δων κεφαλίδας σμιλωτοῖς ἐκκοπεῦσι· εἶτ' ἐντι-

---

(1) *Περὶ τῶν γιγνομένων κατὰ τοὺς δακτύλους· αὐτοῦ ἐκ τῶν Λεωνίδου κεφαλαίων.*

©BIU Santé



19. Magis generaliter autem in his inquirendum est, num corpora ulcerationibus interposita sint tenuia an crassa; ut, tenuia cum sint, simul omnia incidantur et fiant unica ulceratio; crassa vero cum sint, quaeque ulceratio seorsum explanetur; si autem alia ulceratio quidem sursum sit figurata, alia vero deorsum, alia autem oblique decurrens valdeque crassa sint corpora fistulis interposita, quaeque ulceratio seorsum explanari debet; operationes sunt hae; post quas curationes adoptentur exsiccantes quidem os denudatum, pinguefacientes vero si tecta sint ossa; ano autem pro maxima parte in toto ambitu circumsecto, ne impervius fiat; primis quidem diebus lignum oblongum imponatur; ultimis vero versus cicatricis inductionem tubus sit plumbeus vel stanneus et imponatur usque ad cicatricis inductionem; post cicatricis autem inductionem confert quoque tubi impositionem proferre, ut tuta sit curatio validaque; in digitis etiam parvae oriuntur fistulae abscessibus similes, ut in universum in articulis; in quibus oportet aut parvum abscessum aut ostiolum fistulae, ad figuram quadratam secare; atque si sicca quidem sint ossicula, nihil facere; pinguedo vero cum adsit, excidere ossiculorum longorum capitula ope scalpellorum excisoriorum vulgaribus scalpellis similium; dein imponere exigua linamenta carpta; et tunc motophylacem parvum vino

©BIU Santé



θέναι μοτάρια τιλτά· καὶ τότε μοτοφυλάκιον οἰνελαίῳ βεβρεγμένον καὶ ἐπιδεῖν δεσμιδίῳ στενῷ· συνεπιδεῖν δὲ τὸν πλησίον δάκτυλον, ἵνα στηρίζηται ὁ κεχειρουργημένος· τῷ δὲ μεγάλῳ τῷ ἀντίχειρι ναρθήκιον ἢ φιλύριον σανίδιον συνεπιδεδέσθαι στηριγμοῦ χάριν.

20. Τῶν (1) δὲ ἐν τῷ ὀσχέῳ συρίγγων, ἡ μὲν κατὰ τὰ ἐμπρόσθια μέρη βαρυνθεῖσα (2) συντετρήσει τὸν ἐλυτροειδῆ χιτῶνα· ἡ δὲ κατὰ τὰ ὀπίσθια, τὰ κατὰ τὴν πρόσφυσιν· τοῦ μὲν οὖν ἐλυτροειδοῦς χιτῶνος συντετρημένου, ἅμα τῇ καθέσει διὰ τῆς συντρήσεως κετεμβατεῖ ἡ μηλωτρίς· ὅταν δὲ ἐπερεισθῇ τῷ διδύμῳ, νύξασα τοῦτον, σφοδροτάτην ποιεῖ ὀδύνην· ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ ὄπισθεν μέρη ὁμοίως νυσσομένου τοῦ διδύμου, γίνεται ἀλγηδών· σχημωτιζέσθω δὲ ὕπτιος ὁ πά-
p. 43. σχων ἐν τῇ χειρουργίᾳ· ἔπειτα διωθείσθω || τὸ ἔλασμα· ἐπικόπῳ τε χρώμενος αὐτῷ, ὅλην τὴν σύριγγα ἐξάπλου καὶ ἐκτύλου· τῆς δὲ σύριγγος κατὰ τὰ ὀπίσθια μέρη γεγενημένης, καὶ τοῦ διδύμου κεκομμένου, ἀνάγκην ἕξομεν τῇ τῶν σκεπόντων σωμάτων ἀναστολῇ. καὶ τὸν κεκακωμένον δίδυμον ἀφελεῖν, διακρίσεως τῆς αὐτῆς γινομένης, καὶ τῆς τῶν ἀγγείων ἀποσφίγξεως, ὡς πρόσθεν ἐδηλώθη.

---

(1) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

(2) Γρ. βαθυνθεῖσα.

©BIU Santé



oleo mixto imbutum et adligare fasciola angusta; simul autem adligare proximum digitum ut fulciatur qui a nobis tractatur; magno autem pollici assiculum ferulaceum vel tiliagineum simul adligare fulcimenti causa.

20. E fistulis in scroto alia in anterioribus partibus invadens (1) perforabit vaginalem tunicam; alia vero in posterioribus partibus, partes juncturae vicinas; vaginali quidem tunica igitur perforata, simulac per foramen immittitur, in vacuum locum pervenit specillum; si autem testiculo insideat; laedens illum, vehementissimum efficit dolorem; in fistula autem posteriores partes afficiente eodem modo laeso testiculo, dolor adest; decumbat supinus aegrotus sub operatione; dein inducatur lamina; tamquam fulcimento autem illo utens, totam fistulam explana et a callo purga; fistula vero cum adsit in posterioribus partibus testiculusque affectus, necessitas nobis incumbit tegentia corpora explanandi; et vitiatum testiculum exstirpandi, diremtione eadem adhibita eademque vasorum constrictione, uti antea indicatum est.

(1) Gr. βαθυνθεῖσα i. e. excavans.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 89 sur 214

©BIU Santé



XV. (XIV.) *Ἐκ τῶν Μέγητος* (1) *περὶ συρίγγων.*

1. Θεραπεία δὲ τῶν συρίγγων ἡ μὲν διὰ Φαρμάκων, ἡ δὲ διὰ χειρȣργίας, τρίτη δὲ ἡ διὰ τῶν βρόχων· χρῆσις δὲ Φαρμάκων ξηρῶν ἢ κολλυρίων ἢ ἐγχύτων ἢ ἐμπλαστῶν ἀποτήκειν δυναμένων, ἢ καυστικῶν· χειρȣργία δὲ δύναται τεμεῖν, καῦσαι, περιελεῖν, ξύσαι, ὀστοῦν ἀνελέσθαι, τὸν χόνδρον ἐκλύψαι· τούτων δὲ τὸ μὴ καθ' αὑτὴν αὐτάρκης καὶ περιαίρεσις καὶ καύσις· τὰ δὲ ἄλλα ἐπὶ τούτοις ποιητέα, ἢ Φαρμάκοις γυμνῶσαι τὸ πεπονθὸς ὀστοῦν δυναμένοις, ἢ τὸν χόνδρον· οἱ δὲ βρόχοι τὰς ἐνέδρας ἁπλᾶς οὔσας ἰῶνται, καὶ τινας τῶν πολυσχιδῶν· ὁπόσας μὲν οὖν τῶν συρίγγων ἁπλαί τε εἰσὶ, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ ἐνερυσσωμένη μηδὲ κοίλη καὶ ἀκινήτῳ, ἢ ἐπ' ὀλίγον συγκινȣμένη, καλῶς ἂν θεραπεύοιντο Φαρμάκῳ· κᾂν μὲν τύχωσιν ἐξ ὀλίγȣ τοῦ χρόνȣ ἐγγινόμεναι, ἐμπλαστοῖς· ὅσαι τραυματικαὶ εἰσι, δι' ἀλόης ἢ στυπτηρίας ἢ ἰοῦ καὶ λεπίδος, καὶ τῶν μεταλλικῶν λεγομένων· τοῦ γὰρ ἐμπλαστοῦ Φαρμάκȣ σκωλήκιον ἀναπλάττοντα ἐντιθέναι, ὅσον μὲν (2) διασΦηνῶσαι, μέχρι αἷμα καθαρὸν ἀπείῃ· εἶτα τὸ αὐτὸ Φάρμακον σπλήνιον ποιήσαντα ἐπιτιθέναι καὶ σπόγγον ὑπὲρ αὐτὸ ὄξει διά-

(1) *Ὁ Γαληνὸς ἐν τῷ ϛ̄ τῆς Θεραπευτικῆς σιδώνιον τὸν Μέγητα εἶναι φησί· ἄλλοι δὲ μαθητὴν αὐτὸν εἶναι Θεμίσωνος ἀναγράφουσι.*

(2) *Γρ. μή.*

©BIU Santé



## XV. (XIV.) *E MEGETIS* (1) *LIBRIS DE FISTULIS.*

1. Cura autem fistularum partim fit ope medicaminum, partim ope manus, tertio autem ope laqueorum; adhibentur autem vel medicamenta sicca vel collyria vel infusa vel emplastra consumere quae possunt vel urentia; chirurgia autem potest secare, urere, exstirpare, scalpere, os removere, cartilaginem exscalpere; eorum autem per se non sufficiunt et exstirpatio et ustio; reliqua vero insuper sunt facienda medicamentis quae vel os affectum denudare possunt vel cartilaginem; laquei autem fistulas ani simplices sanant et nonnullas multifidas; quaecunque sane quidem fistulae simplices sunt et in carne sitae non rugosa neque cava et immobili vel quae parum tantummodo movetur, pulcre sanabuntur medicamentis; atque si paulo ante quidem natae sint, emplastris; quae a vulnere originem petunt ope aloës vel aluminis vel violae et squamae aeris vel illorum quae metallica dicuntur; ex illinendo enim medicamento vermiculum formans imponere oportet quantum quidem (2) ad instar cunei partes ambientes findit, donec sanguis purus exeat; dein idem medicamentum linamento illinentem super-

(1) Galenus in Libro VI de methodo medendi Sidonium vocat Megetem; alii autem illum discipulum esse Themisonis memoriae tradunt.

(2) Gr. μὴ i. e. non.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 91 sur 214

©BIU Santé



βροχον· λύειν δὲ διὰ πέμπτης, καὶ διαιτᾷν κρέας ὀπτὸν καὶ ἄρτον πεπονημένον, οἶνον δὲ πίνειν σάρκα αὐξῆσαι δυνάμενον, καὶ κατακείμενον προαλείφεσθαι· ἁρμόσει δὲ ἂν πόῤῥω τοῦ θώρακος ἡ σύριγξ γένηται, δι᾽ ἡμερῶν νῆστις ἔμετος, καὶ διὰ ῥαφανίδων ἐπιτηδευόμενος.

2. Ἄριστον δὲ φάρμακον σύριγξι τὸ ἐμὸν κολλύριον· ἔστι δὲ ἰοῦ ξυστοῦ δραχμαὶ δύο, καὶ θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ ὀβολοὶ δύο· ὁ μὲν ἰὸς ξηραίνεται· τὸ δὲ ἀμμωνιακὸν ὄξει διεθὲν, ὡς κόμμι ἐπιχυθὲν τῷ ἰῷ, καὶ μιγὲν ἀναπλάττεται· καθιέναι δὲ χρὴ μέχρις αἷμα σταθηρὸν ἀπο-
p. 44. κριθῆναι· ἀπαντᾷ δὲ ὁ τύλος περὶ τῷ κολλυρίῳ· | χρὴ δὲ τὸ κολλύριον ἐνιέντα καταπλάσσειν τοῖς ἀνωτέρω γεγραμμένοις, ὅσα ψύχειν δύναται ἢ στύφειν ἠρέμα· τὰ γὰρ πλησίον τῆς σύριγγος, φλεγμαίνειν ποιεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ τὸ καυστικὸν φάρμακον, ὅταν βρέξας τὶς ἔτι αὐτὸ πάπυρον ἢ σπόγγον ἐσκελετευμένον καθῇ· παρελθὸν γὰρ ἔκαυσε τὴν σύριγγα, ἐπ᾽ ἀμφοῖν δὲ, κολλυρίῳ τε καὶ τοῦ καυστικοῦ, ἐγκλύζειν χρὴ τοῖς ἀνακαθαρτικοῖς περὶ ὧν εἴρηται.

3. Ἀποτήκει δὲ καὶ σκίλλα τιλτὸν ἐνεψεθεῖσα κονίᾳ, ᾗ χρῶνται οἱ τοὺς πηλοὺς ἐργαζόμενοι· τήκει γὰρ ἐῤῥωμένως καὶ αἱμάττει (1)· καὶ φάρμακα ὑγρὰ ἐκχεόμενα, τὰ μὲν ὡς ἔχει, τὰ

(1) Γρ. καὶ αἱματεῖ.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 92 sur 214

©BIU Santé



imponere et spongiam super illud aceto madidam; solvere autem quinto quovis die et vesci carne assa et pane elaborato, bibere autem vinum carnem augere quod potest et insuper ungere quae jam adest; convenit autem si porro pectoris adsit fistula, quovis die vomitus jejunus et ope radicularum excitatus.

2. Optimum autem medicamentum in fistulis est meum collyrium; constat vero ex violarum rasarum drachmis duabus et suffimenti ammoniaci obolis duobus; violae quidem exsiccantur; ammoniacum autem aceto dilutum tamquam gummi violis infusum et mixtum figuratur; demittere autem oportet donec sanguis firmus excernatur; undique enim callus collyrio obviam venit; oportet autem collyrium immittentem illinere medicamentis supra enumeratis quanta refrigerare et adstringere possunt sensim; in partibus enim fistulae vicinis inflammationem excitat; facit autem illud et causticum medicamentum, si quis madefaciens etiam ipsam chartam vel spongiam siccatam demittat; praeteriens enim adurit fistulam; praeter utrumque autem et collyrium et causticum injectiones facere oportet depurantium de quibus jam dictum est.

3. Consumit autem et squilla vulsa cocta in pulvere, quo utuntur qui lutum tractant; consumit enim valide et sanguinem educit; et medicamenta liquida effusa alia quidem uti se habent, alia vero cum vino, nonnulla autem cum aceto, cum diuturnae sint et callo obductae fis-

©BIU Santé



δ' οἴνῳ, ἔστι δ' ὅτε ὄξει, χρονίων καὶ διατύλων οὐσῶν τῶν συρίγγων· καὶ ξηρὰ δὲ Φάρμακα ὅταν προανοίξῃ τίς ἱπποτηρίῳ τὴν σύριγγα, ἐμφυσσώμενα διὰ καλάμου, τὰ μὲν τήκει, ἃ δὲ ἐκάθαρεν· ἔστι δὲ ἃ στεγνωτικὰ ὄντα τὸ ῥεῦμα ἐπέσχε· ξηρανθὲν δὲ τὸ ἕλκος κατούλωσεν· οἶδα δὲ καὶ τοῖς σηπτοῖς Φαρμάκοις, ὥσπερ καὶ τοῖς καυστικοῖς, τύλους ἀφανισθέντας· ἔχριον δὲ τὸ σεπτὸν περὶ τρύχας ὑείας συνδῶν αὐτὰς, ἢ ἀλίσχοινον χρίων, παρῆγον εἰς τὴν σύριγγα· τέλος γὰρ, τὸ μὴ ὑγιὲς τῆς σαρκὸς μηδὲ οἰκεῖον, ἐξαγαγεῖν· τὴν δὲ συγγενῆ ἀνακαθήραντες ἐᾶσαι συνελθεῖν· τὸ δὲ λινὸν ἐπιτήδειον ταῖς ἐνέδραις σύριγξιν ἀμφιστόμοις ἢ ἓν στόμα ἐχούσαις.

4. Χρὴ δὲ αὐτὸν διατρῆσαι· ἔστω δὲ σοι μηλωτρὶς ἐπ' ἄκρου τρῆμα ἔχουσα, οἷον αἱ βελόναι, τὸ κύαρ(1), ἢ οἷον ἕλικα πρὸς τῷ πέρατι, καὶ εἰς σχῆμα κοχλίου ῥινοθήτῳ· εἰ γὰρ διὰ τοῦ στόματος διεῖραι χρὴ τὸ λινὸν, καὶ ἐῤῥωμένως, ἐστραμμένον, ὅσον δίστροφον ἢ τρίστροφον· κἂν μὲν ἀμφίστομος ᾖ, καθιέναι διὰ τοῦ ὁρωμένου στόματος τὴν μηλωτρίδα σὺν τῷ λινῷ, καὶ διὰ θατέρου, καὶ ἐντὸς εἰς ὃ περατοῦται ἡ σύριγξ, στόματος ἐκλαβόντα τὸ ἄκρον τῆς μηλωτρίδος σὺν τῷ λίνῳ, καὶ διὰ θατέρου, καὶ ἐντὸς εἰς ὃ περατοῦται ἡ σύριγξ, τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τοῖς δυσὶ δακτύλοις, λιχα-

(1) Κύαρ ἢ τὸ τῆς βελόνης τρύπημα, ὡς Ἑλλάδιος, ὁ τὴν πολλὴν χρῆσιν συναγαγεῖν δεικνύσιν ἐν τῷ κ στοιχείῳ. κέχρηται δὲ Ἱπποκράτης τῇ λέξει.

©BIU Santé



tulae; sicca autem medicamenta quoque si praevie quis hippoterio fistulam aperuerit, inflata ope calami, alia quidem consumunt, alia vero depurant; adsunt autem quae adstringentia cum sint fluxionem cohibent; exsiccatum autem ulcus cicatrice tegunt; scio autem et callum sublatum esse adhibitis medicamentis putrefacientibus uti et urentibus; illinebam autem putrefaciens circum setas suillas colligans illas vel mariscum illinens adducebam in fistulam; finis enim erat ut partem carnis non sanam neque idoneam educerent; normalem vero depurantes coalescere sinerent; filum autem convenit in fistulis ani duabus vel unica apertura instructis.

4. Oportet autem illud perforare; sit autem tibi specillum in apice foramen habens, quale acus, aperturam (1) nempe, vel quale annulus in fine, etiam sub forma conchae nasum tuentis; si quidem per illud foramen adnectere oportet filum et fortiter contortum, ita ut bis vel ter sit contortum; atque si utrimque habeat aperturam, demittere trans conspicuam aperturam specillum cum filo et trans alteram, et intus quo usque penetrat fistula, educentem per aperturam apicem specilli cum filo et trans alteram et intus quo usque penetrat fistula; initium quidem ipsum sinistrae manus duobus di-

(1) *Κύαρ* vel acus foramen, uti Helladius, quod multam utilitatem afferre ostendit in vicesimo libro; Utitur et Hippocrates vocabulo.

©BIU Santé



νῷ τε καὶ μεγάλῳ, κατασχεῖν μηδὲν ἐφελ-
κώμενον, μὴ ὅλον σοι τὸ λινὸν διεκπέσῃ διὰ
p. 45. τοῦ || ἐντὸς τρήματος· τὸ δὴ μετὰ τοῦτο
καθ' ἑκάστην μηλωτρίδα ἀνακομίζον· ἔσται γὰρ
σοι τοῦ λινοῦ τὸ μὲν ἔξω ἀπαιωρούμενον ἄ-
κρον· τὸ δὲ, διὰ τοῦ ἐντὸς καὶ τῆς ἕδρας ἐξη-
λειμμένον· σύνδει οὖν αὐτὰ πρὸς ἄλληλα ἀγκύλῃ·
τὴν σάρκα μὲν σφίγγων χαλαρώτατα χρῆσθαι
τῷ λινῷ· περιπατείτω δὲ, καὶ λουέσθω διὰ ἡμε-
ρῶν· μὴ πολλὰ δὲ ἐσθιέτω, μηδὲ ὡσπερεὶ μηδὲν
κακὸν εἶχε διαιτάσθω.

5. Χρὴ δὲ τὸ λινὸν ἅπαξ ἢ δὶς τῆς ἡμέρας
διέλκειν, μὴ λυομένου τοῦ βρόχου· προσέχειν
δὲ τὸν νοῦν ὡς μὴ λάθῃ σαπὲν τὸ λινὸν, ἀλλὰ
διὰ τρίτης αὐτὸ ἀλλάττειν· λύσαντα γὰρ χρὴ
τὴν ἀγκύλην, λινὸν νεαρὸν τῇ ἔξω ἀρχῇ τοῦ πα-
λαιοτέρου προσθεῖν, καὶ τὸ ἐντὸς ἕλκειν, μέχρι
παρελθὸν τὸ νεαρὸν διὰ τῆς σύριγγος ὅλης τὴν
ἑτέραν ἀρχὴν διὰ τῆς ἕδρας περιβάλῃ· εἶτα συν-
δεῖν ὁμοίως καὶ ταῦτα ποιεῖν· δύναται δὲ τὸ λι-
νὸν καὶ ὁ περίπατος τὴν πρὸ τῆς σύριγγος ἐπι-
φάνειαν ἅμα τὲ διαιρεῖν, καὶ τὸ διαιρεθὲν ἑπό-
μενον κατουλοῦται· οὗτος ὁ τρόπος μακρὸς μὲν
ἐστιν ἐν θεραπείᾳ, ἄλλως δὲ ἀνώδυνος· τοῖς δὲ
βουλομένοις θᾶττον τῷ λινῷ θεραπεύεσθαι προσή-
κει πρίζειν τὴν σάρκα· ἐμπρίζεται γὰρ, ἀλλὰ
μετ' ὀδύνης· καθιέναι δὲ εἰς τὴν νύκτα σπόγγια
ἐσκελετευμένα, ὑφ' ὧν τεινόμενον τὸ δέρμα λεπ-
τὸν ἔσται· τὸ δὲ λινὸν εὐπετῶς δι' αὐτοῦ καὶ τῆς
σαρκὸς αἰσθήσεται· ἐὰν δὲ ἐπιταχύνειν βουληθείης,

©BIU Santé



gitis, indice et magno, retinere nullo modo attrahentem, ne totum tibi filum excidat per interius foramen; posthac sane quovis die specillum educ; erit enim tibi fili altera extremitas extra dependens; altera vero per interiores partes et per anum exterius relicta; colliga igitur illa inter se ope lori; carnem enim adstringens laxissime utere filo; deambulet et lavetur quovis die; ne autem multum edat nêque degat ac si nihil mali haberet.

5. Oportet autem filum semel vel bis de die transducere, non soluto laqueo; animum autem attendere, ne occulte putrefiat filum, sed tertio quovis die illud mutare; soluto enim loro oportet filum novum extremitati extra sitae veterioris adligare et intus sitam attrahere, donec praeteriens per fistulam ab altera ejus parte ano circumdetur novum; dein colligare eodem modo ac eadem facere; potest autem filum et ambulatio partes ante fistulam conspicuas incidere; simul et pars locum incisum sequens cicatrice obtegitur; illa quidem methodus longa est in arte sanandi, ceteroquin autem dolore caret; illis vero, qui citius filo curari volunt convenit carnem quasi serra secare; hac ratione enim secat sed cum dolore; immittere autem noctu spongias exsiccatas a quibus tensa cutis tenuis erit; filum autem facile per illam et carnem percipitur; si vero accelerare velis, illinc

©BIU Santé



χρίε τῶν γεγραμμένων τινὶ Φαρμάκων τὸν σπόγγον· ἅμα δὲ τῷ πάχει καὶ τῇ ὀδύνῃ προσθήσεις.

---

## XVI. (XV.) Ἐκ τῶν Ἀρχιγένους περὶ γαγγραινῶν (1).

p. 48. 1. Τὸ μὲν γαγγραινούμενον αὐτὸ μὲν ἐστι πελιδνόν· ἔχει δὲ κύκλω μηλίζοντα, καὶ πελιούμενα, τρεπόμενά τε εἰς τὸ χλωρόν· τὸ δὲ περὶ τῷ χλωρῷ λευκὸν τὲ καὶ ῥυσσὸν, καὶ τὸ περὶ τούτοις μετέωρον καὶ ἀτρέμα ὑπερυθρὸν· μετέπειτα δὲ τὸ μὲν χλωρὸν πελιοῦται, τὸ δὲ λευκὸν χλωρὸν γίνεται, τὸ δ' ἐρυθρὸν ἀπολευκαίνεται, τὸ δὲ πελιὸν κατὰ τὴν ἁφὴν ἀναίσθητον καὶ ξηρὸν γίνεται· ἔπειτα μελαίνεται καὶ σήπηται· ἐπὶ δὲ μεγέθει Φλεγμονῆς καὶ τραύματος σομφότης τε καὶ ψόφος οἱονεὶ πνεύματος ὑπιόντος γίνεται· ἀτὰρ καὶ Φλυκτίδες ἐπαίρονται· καὶ ἡ μὲν ἐπινέμεται κατὰ τὸ συνεχὲς, ἡ δὲ διεσπαρμένη· εἰ μὲν οὖν ἐκ βάθους προηγησαμένη περιωδυνία γίνηται, πολλὴν δ' ἔχει σομφότητα καὶ οἷς ἄνωθεν εἰς βάθος κάτεισιν· οἷς δ' ἐν ἐπιφανείᾳ μένει, ψόφος μὲν οὐδὲ εἷς· Φλυκτίδες δ' ἐπαίρονται· πᾶσα δ' ἔστι χαλεπὴ καὶ δυσκράτητος.

2 Ὡς ἐν τοιαύτῃ οὖν διαθέσει τὴν ἔμφασιν
p. 49. ἀπολειπουσαν πόσης σωτηρίας ἐκληπτέον ὅσον ||
τὴν ἐπιφάνειαν ἐν νεωτέρῳ σώματι καὶ μὴ γηραλαίῳ· καὶ τὴν ἐν σαρκώδεσιν ἢ βυβῶσιν ἢ μα-

(1) Ἀπὸ τοῦ α βιβλίου τῆς συνόψεως τῶν χειρουργουμένων, μετὰ τὸ β βιβλίον, κεφάλαια τοῦ ὁμοίου.

©BIU Santé



spongiam aliquo ex enumeratis medicamentis; simul et celeritatem et dolorem augebis.

---

XVI. (XV.) *EX ARCHIGENIS DE GANGRAENIS.*

1. Gangraena affecta pars ipsa quidem est livida; habet autem in ambitu circum se partes malorum colorem referentes et livescentes vergentesque in colorem viridem; circum virides partes autem positae sunt albae et rugosae et circum has tumentes et paulatim leviter rubescentes; dein autem pars viridis quidem fit livida, alba vero viridescit rubraque albescit, livida autem ad attactum fit insensilis et sicca; dein nigrescit putrefitque; magna autem si sit inflammatio vulnusque conditio fungosa et sonus qualis spiritus subeuntis adest; sed vesiculae quoque exsurgunt; atque alia quidem distribuitur in partibus proximis, alia vero disperse; si igitur e fundo quidem progressa sit gravis dolor adest et conditio valde fungosa uti et apud illos quibus a superioribus partibus ad fundum descendit; apud quos vero in superficie manet, sonus quidem nullus; vesiculae vero exsurgunt; quaevis autem gravis est et sanatu difficilis.

2. Sic in tali conditione eligenda est explicatio omnem fere salutis spem rejiciens, quatenus non affecta sit superficies in corpore juniori neque senili; etiam illae quae in partibus carnosis vel



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 99 sur 214

©BIU Santé



σχάλαις ἢ ἐν κυρίοις σύνεγγυς τόποις δύσκολος, καὶ ἡ ἐπὶ πλέον πελιϐμένη· βραδὺ δὲ μεταβάλλϐσα εἰς μέλαν· χαλεπὸν δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἐν ταῖς κατασχέσεσιν αἷμα ῥεῖν, ἀλλ᾽ οἷον ἐξυδατωμένον, σομφότης τὲ ἐν ταῖς πιέσεσι γινομένη· οὕτως δὲ τὸ πάθος ὀξὺ καὶ χαλεπόν ἐστιν, ὥς τε μήτε ἀρχὰς μήτε μεσότητας εὑρίσκεσθαι θεραπείας· πλὴν κοινῶς πάντας φλεβοτομητέον· ἐστεγνωμένης δὲ κοιλίας, κενωτέον καὶ κατασχαστέον, τό τε νενεκρωμένον περιχαρακτέον, οὗ τὸ βάθος ἡ τοῦ αἵματος μηνύει ῥύσις· τὸ δὲ κατασχασθὲν ἁλὶ λεπτῷ καὶ ἐλαίῳ ἀνατριπτέον σφοδρῶς καὶ ἐφ᾽ ἱκανόν· ἔπειτα καταπλάσσειν φλοιῷ ῥαφάνϐ σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ ἢ θερμίνῳ ἀλεύρῳ, μετὰ νίτρϐ ἀφροῦ· καὶ τοῦ μὲν ἀλεύρϐ δύο μοῖραι, μία δὲ τοῦ νίτρϐ· μετὰ δὲ ὄξους δριμυτάτου καταπλαστέον καὶ πύρινον δὲ ἄλευρον σὺν δαφνίσι καθαραῖς· περίχρηστοι δὲ ἥ τε σφραγὶς διεθεῖσα ὄξει, καὶ ἡ διὰ τῶν οἰσυπηρῶν, καὶ πᾶσα ἡ ταύταις ἀνάλογος· κατάντλημα δὲ συνεχὲς οὖρον δριμὺ θερμόν· ῥαφάνϐ ἀφέψημα ἢ πράσϐ ἢ ἀγριελαίων ἢ βάτϐ ἢ κορίϐ ἢ ὄξϐς σκιλιτικοῦ· ἐνεργεῖ δὲ μᾶλλον θερμόν.

3. Στάσιν δὲ λαβούσης τῆς νομῆς, ἐπὶ τὰς ἀνακαθαιρούσας δυνάμεις βαδιστέον· πάμπολλαι δ᾽ εἰσὶν, ἐξ ὧν παραδείγματος χάριν ὀλίγας παραθήσω· φακὸς γὰρ ἑφθὸς καὶ κατ᾽ ἰδίαν καὶ σὺν ῥοᾶς, λεπυχάνοις λείοις σὺν μέλιτι ὀρόβου τὲ ἄλευρον ὁμοίως σκευασθὲν, καὶ αἶραι, καὶ πρά-

©BIU Santé



inguinibus vel axillis vel propriores nobilibus partibus inveniuntur graves sunt atque illa quae valde est livida uti et quae lente mutatur in colorem nigrum; grave autem quoque est si nullus in retentionibus sanguis effluit, sed fere dissolutus fungosaque conditio sub pressione adsit; adeo autem vitium acutum et grave est, ut neque initium neque media pars curae inveniri possit; praeterquam quod generaliter omnibus vena est secanda; adstricta autem alvo, evacuandum est et laxandum et emortua pars circumscribenda, cujus profunditatem indicat sanguinis effluxus; pars autem scarificata sale tenui et oleo fricanda vehementer et diu; dein cataplasma imponere e cortice brassicae cum farina loliacea vel farina e lupinis cum spuma nitri; atque farinae quidem duae partes, una vero nitri; cum aceto autem acerrimo est illinendum et farina triticea cum baccis laurinis puris; omnino autem adhibenda sphragis aceto diluta et medicamentum ex lana succida et quodvis his simile; fomentum autem cum his maxime conveniens est urina acris calida; brassicae decoctum vel porri vel oleastrorum vel rubi vel coriandri vel aceti squillitici; magis autem agit calidum.

3. Ubi autem sisti incipit incrementum morbi, ad depurantes potentias transeundum; permultae autem adsunt, e quibus exempli gratia paucas apponam; lens enim cocta et seorsum et cum malo Punico, in tunicis cepae detritis siccis melleque; et farina ervi eodem modo parata et lolia et marrubium

©BIU Santé



σιον καὶ σταφὶς ἐκγεγαρτισμένη, καὶ μαλάχης ἀγρίας φύλλα, μετὰ μελικράτου ἀρνόγλωσσον, ἥ τε αἰγυπτία, πᾶσα τὲ χλωρὰ δύναμις ῥοδίνῳ διεθεῖσα· μετὰ δὲ τὴν ἔκπτωσιν τῶν ἀπαλλοτριωθέντων, ταῖς πυοποιαῖς καὶ πληρωτικαῖς χρηστέον· καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τὸ ἕλκος καταπλαστέον
p. 50. τοῖς ἀποκρουομένοις, | τὰ δὲ ἕλκη ἀδήκτοις θεραπευτέον.

---

p. 52. **XVII. (XVI.)** *Ἐκ τῶν Ῥούφου περὶ ἐρυσιπελάτων.* || (1)

p. 53. Ὅσα δὲ ἐπὶ ἕλκεσιν ἐρυσιπέλατα γίνεται, κακήθη πάντα· καὶ τὰ ἀφανιζόμενα ὡσαύτως, καὶ οἷς πυρετοὶ συνεδρεύουσιν· οὐκ ἀγαθὸν δὲ οὐδὲ τοῦ στήθους κατακεχυμένον ἀφανίζεσθαι μετὰ δυσπνοίας καὶ νυσταγμοῦ καὶ μήλων ἐρεύθους· εἰς γὰρ περιπνευμονίαν τὰ τοιαῦτα ὁρμᾷ, καὶ διὰ ταχέων ἀποκτείνει.

---

p. 62. **XVIII. (XVII.)** *Ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου πρὸς δοθιῆνας.*

Νίτρον λεῖον ἀναλαβὼν ῥητίνῃ, εἰς ὀθόνιον ἐμπλάσσων, ἐπιτίθει. Ἄλλο. Μάνναν ἀναλαβὼν ῥητίνῃ, καὶ εἰς ὀθόνιον ἐμπλάσσας, ἐπιτίθει. Ἄλλο. Ὕσσωπον τρίψας μετ' ἀλφίτου ἐν ὕδατι βεβρεγμένου κατάπλασσε. Ἄλλο. Σταφίδας ἐγ-

(1) Ἀπὸ τοῦ περὶ τῶν ἐκτὸς παθῶν.

©BIU Santé



et uva passa nucleo privata, et malvae agrestis folia; cum mulso plantago et Aegyptia omnisque copia herbarum virentium oleo rosaceo diluta; postquam autem exciderunt partes degeneratae remediis pus facientibus et implentibus utendum; partes quidem supra ulcus illinendae remediis repellentibus; ulcera vero remediis haud mordacibus sunt curanda.

## XVII. (XVI.) *E RUFI LIBRIS DE ERYSIPELATIBUS.*

Quaecunque autem in ulceribus erysipelata oriuntur, malae indolis omnia; et evanescentia eodem modo et quibus febres accedunt; neque bonum vero si in pectore diffusum evanescat cum respirandi difficultate et somnolentia et genarum rubore; ad peripneumoniam enim haec ducunt et cito necant.

## XVIII. (XVII.) *EX APOLLONII ADVERSUS FURUNCULOS.*

Nitrum contusum cohibitum resina, linteo illitum impone. Aliud. Micamthuris cohibitam resina et linteo illitam impone. Aliud. Hyssopum tritum cum polenta aqua madida, illine. Aliud. Uvas passas nucleo privatas et tritas, salis

©BIU Santé



γιγαρτήσας καὶ τρίψας, μίξον ἀλὸς λείου τὸ ἶσον, καὶ κατάπλασσε τοῦτο, ἢ διαχεῖ ἢ ῥήσσει. Ἄλλο. Στέαρ αἴγειον ἢ βόειον μεθ' ἁλὸς τρίψας,
p. 63. ἐπιτίθει. || Ἄλλο. Ὀρίγανον καὶ ἅλας λεάνας σμύρνῃ μίξον, καὶ ἐπιτίθει, παραχρῆμα δὲ πεπαίνει· σμύρνα καὶ ὀρίγανον ἶσα μίξας, καὶ ὕδωρ παραχέας, χρῶ. Ἄλλο. Ἰσχάδας ἑφθὰς τρίψας, καὶ ῥητίνῃ μίξας, ἐπιτίθει. Ἄλλο. Μυρίκης καρπὸν μετ' ὀρνιθίου στέατος λεάνας ἐπιτίθει.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 104 sur 214

©BIU Santé



contusi aequali parti misce et illine illud, vel dissipat vel frangit. Aliud. Adipem caprinum vel bubulum cum sale tritum impone. Aliud. Origanum et sal comminuta myrrhae mixta impone, confestim ad maturitatem perducit. Myrrhae et organi aequales partes mixtas et aqua adfusas adhibe. Aliud. Caricas coctas et resinae mixtas impone. Aliud. Tamaricis fructum cum avium adipe comminutum impone.

©BIU Santé

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 106 sur 214

©BIU Santé

# ADNOTATIONES
## IN
# ORIBASII
## COLLECTANEORUM MEDICINALIUM
## LIB. XLIV.

FACULTÉ DE MÉDECINE DE PARIS
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ

Pag. 2. in titulo Ex Oribasii cet. Nonnemo fortasse mirabitur, hic non legi Lib. XLIV sed e Lib. XLIV, verum in hac re Angelum Majum sum secutus, qui in hac librorum Oribasii editione omnia, quae e Galeno erant desumta, omittens, quia videlicet jam edita erant, hunc titulum adhibere maluit. Hinc etiam in paginis codicis, quas in margine adnotavi, nonnunquam lacuna observabitur, ut e. g. pag. 32 ubi pag. 23 Cod. sequitur pag. 30.

Ibid. *Ἀντύλλου καὶ Ἡλιοδώρου.* Antyllus erat chirurgus ex secta pneumatica, qui, quantum ex fragmentis superstitibus concludere possumus, haud mediocrem laudem meretur et multum contulit ad chirurgiam et diaeteticam emendandam. Praeter varia fragmenta ab Oribasio, Aëtio et Paulo Aegineta nobis servata, omnia ejus opera interierunt,

©BIU Santé



nisi excipias Librum *περὶ ὑδροκεφάλων* in collect. veter. chirurg. Nicetae legendum. Omnia vero, quae ex ejus scriptis supersunt, collegit et seorsum edidit C. Sprengel sub titulo: Antylli veteris chirurgi *τὰ λείψανα* praeside Curtio Sprengel, ventilanda exhibet Panagiota Nicolaïdes 4°. Halae 1799.

Heliodorus quoque chirurgus erat ex secta pneumatica, vixit Trajano regnante; loquitur enim de illo Juvenalis sat. 6. vs. 372. Maxima pars ejus operum desideratur; nonnulli tamen libri hujus auctoris servantur in collect. veter. chirurg. Nicetae, nempe: *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων*, *περὶ τερηδονισμοῦ κρανίου*, *περὶ ὀςτώδους ἐκφύσεως*, *περὶ ἀκρωτηριασμοῦ*, *περι τῶν κατὰ τοὺς δακτύλους συμβαινόντων*. Insuper adhuc in edit. operum Hippocratis et Galeni cur. Renat. Charterio invenitur ejus Liber *περὶ ἐπιδέσμων*.

Pag. 2. lin. 1. *ἀπόστημα*. Quo melius intelligatur hocce verbum, hic addam definitiones ejus apud alios veteres auctores inveniendos; Galenus de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. 9 dicit: *ὀνομάζουσι δ' οὕτω τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ἐν αἷς ἀλλήλων ἀφίσταται τὰ πρότερον ἀλλήλων ψαύοντα σώματα;* in Definit. med. vero N°. 387: *ἀπόστημά ἐστι μεταβολὴ σωμάτων ἐκ φλεγμονῆς εἰς πύον*. Paulus Aegin. autem Lib. IV. cap. 18: *ἀπόστημα τοίνυν*, inquit, *ἐστὶ φθορὰ καὶ μεταβολὴ σαρκῶν ἤτοι σαρκώδων, οἷον μυῶν, φλεβῶν, ἀρτηριῶν*. Ceterum ex eodem fonte, ex quo Oribasius omnia petiit, quae hoc capite continentur, hausisse videtur Paulus Aegin. Lib. VI.

©BIU Santé



cap. 4: περὶ ἀποστήματος, sed illa, quae hoc capite continentur, etiam multum conveniunt cum Celsi Lib. VII. cap. 2.

Pag. 4. lin. 2. ἐποποιῶν. Hic pro ἐποποιῶν legi ἐπωποιῶν quoniam ἐπόποιος ab ἔπος et ποιέω hic mihi nequaquam convenire videtur; επώποιος vero vel ἐπώποιον derivari possit ab ἐπὶ et ὤψ ideoque significet partes oculos tegentes, i. e. palpebras, quamvis ceteroquin, quantum scio, tale verbum nusquam alibi occurrat.

Ibid. 2. lin. 6. κίλλησιν. Hic pro κίλλησιν legi κόλλησιν.

Pag. 6. lin. 10. σφικτῆρα. Hic pro σφικτῆρα haud dubiè legendum est σφιγκτῆρα.

Ibid. 3. lin. 2. σωλῆνα. Vulgo quidem ab antiquis auctoribus, qui de chirurgia egerunt, verbo σωλὴν indicatur instrumentum rotundum, oblongum, cavum, in quod membrum fractum, crus, aut femus imponitur eoque continetur, uti dicit Anut. Foësius in Oecon. Hippocr. ad vocem σωλὴν, atque eo sensu occurrit apud Hippocratem Lib. de officina medici et de fracturis variis in locis, apud Galenum de meth. med. Lib. VI. Cap. 5, apud Paul. Aegin. Lib. VI. Cap. 106 et apud Celsum Lib. VIII. Cap. 10. § 5, ubi tale instrumentum accuratius describit sub nomine canalis; verum quoniam illud in abscessu circa anum adhiberi nequit, vix dubitavi, quin hic vox σωλὴν significatione sua magis generali sit interpretanda ideoque vertenda voce Latina *tubus*. Ceterum cum hoc loco omnino

©BIU Santé



conf. Aëtius Tetrab. IV. II. 9. de abscessibus sedis quod caput, licet ex Leonida petitum, tamen ex hoc capite fere ad verbum transscriptum videtur.

Pag. 10. 5 lin. 15. δάκτυλον. Nisi δάκτυλος hic idem significet ac δακτύλιος, certo legendum est δακτύλιον, cum jam auctor § 2 inter loca, quae exstirpationem abscessuum postulant, enumeraverit nates et vicinium ani, nihil vero dixerit de digitis.

Ibid. 6. lin. 13. μυρσινοειδῶς. Aëtius Tetrab. IV. II. 32 (e versione Jani Cornarii) sequenti modo circumscribit hanc plagae formam: » Resectio au- » tem ad myrtei folii formam fiat, longa videlicet » et angusta " quam ceteroquin in iisdem casibus commendat ac Oribasius hoc loco.

Pag. 12. II. lin. 4. καταπλασμάτων τε καὶ ἐμπλάστρων. Quid intersit inter Cataplasma, emplastrum aliaque hujus generis verba, satis dilucide nos docent, quae de hac re apud Celsum, Oribasium et Actuarium leguntur. Celsus enim Lib. V. Cap. 17. § 2: » Malagmata vero, inquit, atque emplastra » pastillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, cum » plurima eadem habeant, differunt eo, quod ma- » lagmata maxime ex floribus eorumque etiam sur- » culis, emplastra pastillique magis ex quibusdam » metallicis fiunt. Deinde malagmata contusa abunde » mollescunt: nam super integram cutem injiciun- » tur: laboriose vero conteruntur ea, ex quibus » emplastra pastillique fiunt, ne laedant vulnera, » cum imposita snnt. Inter emplastrum autem et » pastillum hoc interest, quod emplastrum utique

©BIU Santé



» liquati aliquid accipit: in pastillo tantum arida » medicamenta aliquo humore junguntur.” et in fine ejusdem: » Tum emplastrum imponitur, pastillus » illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miscetur.” Oribasius Collect. Medic. Lib. X. cap. 31 (e versione Rasarii) » Empasmata, ait, cataplasmata et diapas- » mata differunt. Empasmata enim sunt quae, ut » immoderati sudores, aut alia per halitum digestio » cohibeatur, aut ut cutis extremitas scarificetur, aut » pruritu tentetur, adhibentur: cataplasmata autem » dicuntur, quae ulceribus superdantur: diapasmata » vero, quae ad suavem odorem cuti conciliandum, » aut toti corpori tribuendum, aut partibus, ut alis » et feminibus, accommodata sunt.” Actuarius de » meth. medendi Lib. V. Cap. 1 (e versione Junii » Alexandrini Tridentini) » Eorum vero, inquit, » quae extus admoventur, quaedam sunt unguenta, » suntque quae illita tantum opem ferre feruntur: » alia sunt emplastra, quae linteis expansa, vel » tenuibus pellibus inducta, imponuntur: alia ap- » pellantur ἐπιθέματα, quae nequaquam proprio » lentore, sed externis fasciis constricta adhaerent: » alia sunt velut triturae, quae pulveres (et ξηρία » Graecis) dicuntur.”

Ibid. lin. 9. *Φοινίκων γε καὶ θαλλίας φύλλων καὶ σιδίων καὶ μήλων*. *Φοίνικες* haud dubi sunt palmae, quarum multas species enumerat Theophrastes Hist. Plant. Lib. II. cap. 8, dum Dioscorides Mat. med. Lib. I. cap. 149 et 150 seorsum agit *περὶ Φοίνικος Θηβαίκοῦ* et *Φοίνικος ἐλάτους*; loquitur et Aelianus

©BIU Santé



περὶ Φοινίκων τῶν χαμαιζήλων quae esculentae erant (De Nat. Animal. Lib. XIV. cap. 13). Quid vero fuerit θαλλία, determinare non audeo; vulgo quidem vox θαλλία significat ramum virentem, verum hoc loco mihi peculiarem plantae speciem indicare videtur. Σιδία vel σίδας (Lat. malicorium) sunt putamina malorum Punicorum vel granatorum (Graece σίδη vel ῥοιά Punica Granatum Linn.); μῆλα sunt fructus μηλέας mali (Pyrus Malus Linn). De proprietatibus adstringentibus horum medicamentorum etiam agunt Theophrastes l. l. multisque aliis in locis, Dioscorides Lib. I. cap. 148—151 et 153 Plinius Hist. Nat. Lib. XXII. cap. 5 et 6. Galenus de Simpl. medicam. temper. ac facult. Lib VIII. cap. 17. § 8. Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. I. Euporist Lib. II. cap. I. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3, quin etiam malicorio vim adeo adstringentem tribuit Galenus Lib. de succedaneis medicam., ut illud in locum aluminis scissilis succedere posse putet. De malis Dioscorides Lib. I. cap. 159. Plinius Nat. Hist. Lib. XXIII. cap. 7. Galenus de simplic. medicam. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 12. § 16. Oribasius, Aëtius et Paulus Aegin. l. l. omnes uno ore affirmant illorum facultates differre pro variis speciebus, quarum nonnullae enumerantur a Plinio l. l. et a Celso Lib. IV. cap. 19.

Ibid. γε. Pro γε mihi hic legendum esse videtur τε.

Ibid. lin. 11. τὰ διὰ πεπέρεως, σμύρνης, πίγανου ὀποῦ. Nisi hic πίγανον idem significet ac apud

©BIU Santé



alios auctores πήγανον (saepe enim a Graecis scriptoribus aevi serioris commutantur literae η et ι) haud dubie legendum est πήγανου. Ceterum de his tribus medicamentis conf. Theophrastes Hist. Plant. Lib. IX. cap. 4 et 22, Dioscorides Lib. I. cap. 77, II. cap. 189 et III. cap. 51 et 53, Plinius Hist. Nat. Lib. XII. cap. 7, XX. cap. 13 et XXIV. cap. 16, Galenus de simplic. medicam. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 16. § 11 et 18 et cap. 17. § 30, Oribasius, Aëtius et Paulus Aegin l. l.

*Πεπέρεως* plerique hi auctores tres distinguunt species *longum*, *album* et *nigrum*, quas tamen ab eadem arbore proficisci putant. Cl. Dierbach vero (Die Arzneimittel des Hippocrates pag. 156) putat piper antiquorum, illud saltem quod in libris revera ad magnum Hippocratem referendis memoratur, non esse fructum illarum plantarum, unde piper hodiernum petimus, verum Piperis Aethiopicae vel Unonae Aethiopicae Dunal.

*Πήγανον* cujus duae species ἄγριον et ἥμερον recensentur a Galemo est Ruta hortensis Linn. De πηγάνῳ ἀγρίῳ etiam agit Dioscorides Lib. III. cap. 53.

*Σμύρνη* (myrrha) omnibus est cognita, verum adhuc dissentiunt de planta, unde originem petit; Dierbach (l. l. pag. 224) autumat illam ab Amyris Kataf Forsk. oriri. Galenus praeter myrrham vulgarem etiam memorat σμύρνην βοϊκήν.

*Ὀπὸς* hic verti significatione sua magis generali, licet teste Galeno de simplic. medic. temper. ac

©BIU Santé



facult. Lib. VIII. cap. 15. § 12 saepius magis in specie hoc verbo indicetur succus Cyrenaïcus vel Medicus vel Syriacus i. e. laser vel succus variarum specierum Laserpitii (σιλφίου); apud Aelianum De Nat. Anim Lib. IX. cap. 32. ὀπὸς significat opium vel Papaveris succum, testante Schneidero in adnot. sua ad hunc locum.

Pag. 14. 1 lin. 14. τῇ δὲ πρώτῃ ἐνεργείᾳ · μὴ ὅλον ἐκλαμβανέσθω τὸ πύον. Hic male, ut mihi videtur, invenitur colon post vocem ἐνεργείᾳ.

Pag. 14. lin. 17. λειποθυμίαν. Quo melius intelligatur, quid sit λειποθυμία, hic afferam nonnulla, quae de hac re apud Aretaeum et Aëtium exstant. Aretaeus de causis et signis morb. diuturn. Lib. I. cap. 7. Ἔκλυσιν δὲ, inquit, γουνάτων καὶ αἰσθήσιος πρόσκαιρον νάρκην καὶ ἀψυξίην καὶ κατάπτωσιν λειποθυμίην καλέομεν· Aëtius vero discrimen inter lipothymiam et syncopen sequenti modo describit Tetrab. II, I, 101: »Differt autem lipothymia a »syncopa, quod lipothymia derepente incidit, sensu »et motu hominem privans; et omnino non sudant: »syncope vero et vigilantes et dormientes invadit et »omnino cum sudoribus qui syncoptici appellari »solent.”

Ibid. 2. lin. 4. τιλτοῖς μότοις. Ab Hesychio (ed. Alberti Tom. II. pag. 624.) sequenti modo circumscribitur verbum μοτά, pro quo apud reliquos auctores legitur μοτοί. τὰ πληροῦντα τὴν κοίλην τῶν τραυμάτων ῥάκη, dum Auctor Isagoges, quae Galeno adscribitur, cap. 20 quinque recenset species μοτῶν

©BIU Santé



apud medicos usurpari solitas: στρεπτὸς, ξυστὸς, τιλτὸς, ἐλλυχνιωτὸς et πριαπιςκωτὸς, ex quibus tamen tres priores frequentius occurrunt quam reliquae, et maxime cum carpia nostra convenire videntur. Ab hac voce μοτὸς etiam nonnullae aliae formantur, uti μότωσις (Hippocr. de artic. pag. 806 ed. Foësii) linamentorum impositio; ἔμμοτος, qui curatione ope linamentorum indiget (Hippocr. de artic. pag. 822 Epidem. Lib. V. pag. 1149 et multis aliis in locis) vel linamenta madefaciens (Paul. Aegin. Lib. VI. cap. 34) multaeque aliae. Parum autem a μοτοῖς differre videtur ἄχνη ὀθονίου, quae ab Erotiano sequenti modo circumscribitur: τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα, ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς ὁ καλούμενος ξυστὸς et ex qua etiam pessi conficiebantur (Hippocr. De morbis mulierum Lib. II. pag. 665); forsan voce ἄχνη ὀθονίου in universum indicabant ramentum lintei, dum variae species μοτῶν significabant varias figuras penicillorum, in quos illud ramentum contorquebatur. Praeterea apud Hippocratem (Epidem Lib. VI. sect. 7. Aphorism. 3.) μοτώματος ξυστροφὴ laudatur ad haemorrhagias sistendas. Libro tamen de morbis pag. 477 et 483 vox μοτὸς alio sensu occurrit, nam hic μοτὸς κασσιτέρινος κοῖλος dicitur tubus stanneus ad pus e pectoris cavitate educendum, ibid. vero pag. 482 μοτὸς κασσιτέρινος ςτερεὸς instrumentum stanneum ad canalem quemdam occludendum.

Ibid. lin. 6. μονοφύλακι. Nisi hic μονόφυλαξ opponatur τῷ κοινῷ μοτοφύλακι, haud dubie hic legendum est μοτοφύλακι, quae vox etiam occurrit



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 115 sur 214

©BIU Santé



apud Paulum Aegin. Lib. VI. cap. 34, dum *μονόφυλαξ*, quantum scio, apud nullum alium auctorem reperitur. Ceterum cum hac § omnino conferri merentur Paulus Aegin. l. l. et Aëtius Tetrab. IV. II. 32.

Pag. 16. 3. lin. 9. *τοῦ ὑπεζωκότος ὑμένος*. *Ὑπεζωκὼς ὑμὴν* est membrana serosa, quae hodie dicitur pleura, cujus descriptio anatomica invenitur apud Galenum de anatom. administ. Lib. VII. cap. 2, quem exscripsit Oribasius Collect. Medic. Lib. XXXIV. cap. 12; eadem vero membrana a Caelio Aureliano Chron. V. cap. 10 dicitur hypozygos.

Ibid. lin. 14. *λελιπασμένα*. Vox *λελιπασμένος* hoc loco, uti et saepius infra, aliquam ossium vel cartilaginum degenerationem significat, de qua conf. infra adnot. ad pag. 50. 5 lin. 15.

Ibid. lin. 15. *ἐὰν οὖν ἔτι σκέπων*. Hic inter voces *ἔτι* et *σκέπων* interpolavi vocem *τι* et vocem *σκέπων* mutavi in *σκέπον* vel *σκεπῶν*.

Ibid. lin. 17. *μελικράτῳ*. Quamvis *μελίκρητον* apud Hippocratem semper significet aquam mnlsam, hic tamen verti mulsum, quoniam me latebat, an hic subintelligeretur *οἴνῳ* vel *ὕδατι* vel *γάλακτι*; in aliis tamen locis, ubi apposita particula *τὸ* satis patebat, substantivum neutrum subintelligi, verti aquam mulsam.

Ibid. lin. 22. *Φάρμακα λιπαίνοντα*. Ni fallar, *φάρμακα λιπαίνοντα*, quae hic memorantur, nullo modo differunt a *φάρμακοις* vel *ἐμπλάστροις λιπαροῖς* i. e. medicamentis vel emplastris pinguibus sive leni-

©BIU Santé



bus, quae pinguibus rebus constant, cujusmodi emplastra enumerantur a Galeno de medicam. Composit. secundum loca Lib. I. cap. 8. Celso Lib. V. cap. 19 § 25—28. Scribonio Largo Lib. de composit medicam cap. 222 et 223 et Marcello Empirico Lib. de medicam. cap. 31, dum illa etiam memorat Plinius Lib. XXIII. cap. 6 et Lib. XXXIII. cap. 9.

Pag. 18. 4 lin. 1. *λήμνισκοι*. *Λήμνισκος* erat species *μότων*, uti patet ex Galeno *τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις* in voce *ἐμπύους μοτούς*. Celsus (Lib. VII. cap. 28) *λήμνισκον* Latine nuncupat implicitum in longitudinem linamentum, quem sequitur Janus Cornarius in versione sua Pauli Aegin. Lib. VI. Cap. 62.

Ibid. lin. 5. *σπληγγίον*. *Σπληνίον* est panniculus, cui medicamenta illinuntur ad emplastra formanda. Quomodo autem se habere debeant haec splenia, nobis enarrat Hippocrates de offic. medici pag. 745.

Ibid. in titulo IV (III). Hoc capnt, uti et omnia sequentia, duos numeros in titulo habet, quorum alter parenthesi continetur et numerum indicat, quo apud Angelum Majum capita designantur; ibi vero duo occurrunt cap. III, quia totum fere cap. III hujus editionis cum ultima cap. II. parte e codice exciderat, ita ut editor in praefatione sua (pag. 7) Oribasii Lib. XLIV etiam mutilum et laciniatum dicat; sexto tamen post cetera impressa mense folia, quae codici deerant, rursus invenit et pag. 276 sqq. Tom. IV Classicorum auctorum e

©BIU Santé



codicibus vaticanis editorum inseruit. Ceterum cum toto hoc capite conf. Celsus Lib. VII. cap. 4. § 2.

Ibid. l. lin 8. *ἀναταθὲν*. Ante hanc vocem inserendam esse putavi particulam *τὸ*.

Pag. 20. lin. 1. *μηνιγγοφύλακος*. De hoc instrumento conf. Celsus Lib. VIII. cap. 3.

Ibid. lin. 2. *τρυπάνου*. Jam Hippocrates (Lib. de capitis vulneribus pag. 912 et 913.) duas enumerat terebrarum species *πρίονα χαρακτὸν* vel *χοινικίδα* et *πρίονα*, quarum illum idem instrumentum dicit Sprengel (Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. I. pag. 416) ac noster *trepan*, hanc vero idem ac nostra *tryphine*. Hic vir Cl. porro refert *πρίονα* idem esse instrumentum ac *τρύπανον περητήριον*, quod memoratur Lib. de internis affectionibus pag. 544 quodque ibi commendatur ad costam perforandam, si saltem vera sit conjectura Foësii (Oecon. Hippocr. ad vocem *τρύπανον*) hic pro *τρυγλητήριον* legendum esse *περήτηριον*, quae jam inde valde fit verisimilis, quod ceteroquin eplicatio vocis *περητηρίῳ* (*τρυπάνῳ τῷ εὐθεῖ καὶ ὀξεῖ*) apud Galenum in Exegesi ad nullum Hippocratis locum referri possit. Hoc instrumentum autem ego potius idem esse putem, ac alterum genus terebrarum Celsi, de quo dicit (Lib. VIII. cap. 3.) illud simile esse ei, quo fabri utuntur, cum ob ejus usum, tum ob explicationem Galenicam hujus vocis, quam modo attuli. Celsus vero l. l. primum describit modiolum sive *χοινίκιον*, quod magis et cum hodiernis terebris et cum *πρίονι χαρακτῷ* Hippocratis convenire videtur, dein transit ad duas

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 118 sur 214

©BIU Santé



alias τρυπάνου species, quarum alteram supra memoravimus, altera vero a Galeno de meth. med. Lib. VI. cap. 90 dicitur τρύπανον ἀβάπτιστον; omnem tamen sive modioli sive terebrarum sive πρίονος usum operationi ope scalprorum postponendum esse dicit Galenus l. l.; Paulus Aegin. autem refert illam methodum a recentibus vituperari.

Ibid. lin. 6. μήλης. Vox μήλη mihi in universum omnes specilli species significare videtur, quemadmodum et hic auctor μήλην idem vocat instrumentum, quod supra lin. 1 πλατυμήλην dixerat, licet Galenus Comment. II. in Hippocr. Lib. de articulis tamquam species ὑπαλείπτρου enumeret τὰς μίλας, τας σπαθομίλας καὶ τὰ διαπύρινα et Erotianus (τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγὴ ad vocem μήλην) ὑπάλειπτρον (sic enim legendum esse cum Foësio putem, non vero ὑπάλιπτον) Hippocratis dicat ἣν ἡμεῖς μήλην καλοῦμεν. Apud Hippocratem autem quatuor occurrunt μήλης species:

1°. τὴν μήλην διαστομωτρίδα, quam vocem Galenus in Exegesi explicat διαστολέα i. e. specillum dilatans vel speculum uteri.

2°. τὴν μήλην ἰσχυρὴν, quam vocem Galenus l. l. explicat τὴν τραυματικὴν μήλην.

3°. τὴν μήλην ἐξωτίδα, quam vocem Galenus l. l. explicat μηλωτίδα quae etiam dicitur μηλωτρίς. Licet cum ex etymologia vocis, quippe quae a μήλη et οὖς derivatur, tum ex Galeni Lib. III. de medicam. compos. secund. locos cap. I. satis appareat, hanc speciem revera nihil aliud esse, nisi specillum auri-

©BIU Santé



culare, saepissime tamen in multarum aliarum partium affectionibus adhibetur ac in aurium, ubi nempe requiritur specillum tenue vel angustum, quemadmodum et a Celso Lib. VII. cap. 30 § 3. specillum oriculare et a Scribonio Largo de composit. medic. cap. 227 auriscalpium memoratur in cura haemorrhoïdum.

4°. *τὴν μήλην πλατεῖαν*, quam vocem Galenus in Exegesi explicat *τὴν σπαθομήλην*, quaeque mihi idem videtur ac *πλατυμήλη*, *ὑπάλειπτρον*, *μήλη ὑπαλειπτρὶς* i. e. specillum latum vel specillum ad illinendum; huc mihi quoque pertinere videtur illa species, quae a Galeno et Erotiano *κατ' ἐξοχὴν* dicitur *μήλη*.

Ibid. 2. lin. 6. *ἐκκοπέων*. *Ἐκκοπεὺς* est scalper excisorius, cujus tres species distinguit Galenus de meth. med. Lib. VI. cap. 6. *τοὺς κοίλους ἐκκοπεῖς*, *οὓς κυκλίσκους ὀνομάζουσι*, quos vero Paulus Aegin. Lib. VI. cap. 90. dicit *κυκλισκωτοὺς*, *τοὺς φακωτάς*, i. e. lenticulares et *τοὺς στενοὺς ξυστῆρας*. Praeterea Paulus Aegin l. l. adhuc memorat *τοὺς ἀντιθέτους* et *τοὺς μηλιωτοὺς ἐκκοπεῖς*.

Ibid. lin. 7. *ὀστάγρᾳ*. Tale instrumentum citat quoque Galenus de meth. med. Lib. VI. cap. 6 et Paulus Aegin. Lib. VI. cap. 90 atque hic praeterea refert illius loco etiam adhiberi posse *ὀδοντάγραν* vel *τριχολαβίδα*. Memorat illud et Celsus Lib. VIII. cap. 4. sub nomine forcipis.

Pag. 22. lin. 5. *ἐμπλάστρους κεφαλικάς*. Galenus de meth. med. Lib. VI. cap. 6 dicit medicamenta sicca ita vocari, quoniam in affectionibus capitis

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 120 sur 214

©BIU Santé



emplastra sicca plerumque conveniebant; hujusmodi autem emplastra multa eorumque vires descripsit Aëtius Tetrab. IV. III. 13.

Ibid. lin. 6. ῥοδίνῳ. Hac voce indicatur oleum rosaceum, sive oleum ex floribus Rosae Centifoliae Linn., cujus variam confectionem nos docent Dioscorides Lib. I. cap. 53. Galenus de medicam. composit. secund. loca Lib. III. cap. 1. Oribasius Collect. Medic. Lib. V. cap. 33. Euporist Lib. IV. cap. 130 et Nicolaus Myrepsicus de composit. medic. sect. XXXIX. cap. 7. Ceterum de rosae virtutibus et proprietatibus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. I. cap. 22. Lib. VII. cap. 7 et Lib. VI. cap. 6, ubi nonnullas enumerat Rosae species, inter quas Centifolia erat pulcherrima, Cyrenaïca vero odoratissima, Dioscorides. Lib. I. cap. 130. Plinius Nat. Hist. Lib. XXXI. cap. 4. Galenus de Simpl. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 17. § 5, Oribasius Collect. Medic. Lib. XII, XIV. cap. 10 et XV. cap. 1 et Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I-I et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. V. in titulo ἐπιγαστρίου καὶ περιτοναίου. Ἐπιγάστριον sequenti modo circumscribit Rufus Ephesius: ἐπιγάστριον super ventrem posita cutis appellatur; eum autem exscripsit Oribasius Collect. Medic. Lib. XXV. cap. 1. Περιτοναίου vero descriptio anatomica et physiologica invenitur apud Galenum de usu partium Lib. IV. cap. 9, quem sequitur Oribasius Collect. Medic. Lib. XXIV. cap. 20.

Pag. 24. VI. in tit. Ἧπατος καὶ σπληνὸς ἀποστή-

©BIU Santé



ματος. Multa de his abscessibus memoratu digna, praecipue quod ad prognosin attinet, exstant apud Aretaeum de sign. et curat. diuturn. morb. Lib. I. cap. 13 et 14.

Ibid. lin. 3. σπλάχνῳ. Hic haud dubie legendum est σπλάγχνῳ.

Pag. 26. lin. 6. ἡμισπαθίου et paulo ulterius κατιάδος. Instrumentum κατιὰς vel καθιὰς dictum etiam occurrit apud Paulum Aegin. Lib. VI. cap. 73 et 74 ibique hanc vocem vertit Janus Cornarius voce Latina acicula; cap. 73 autem adhibetur illud ad abscessum uteri aperiendum; cap. 74 vero ad infantis hydrocephalo affecti calvariam perforandam in utero sub partu, et hoc loco in eadem operatione adhiberi posse πολυπικὸν σπάθιον vel σκολοπομαχαίριον dicit auctor; Lib. VI. cap. 40 tamen, ubi de venaesectione agit, κατιάδος nullam mentionem facit. Si contextum nostrum cum his locis Pauli conferamus, verosimile mihi videtur, κατιάδα fuisse instrumentum ab altera parte (ἔλασμα) latius et obtusum, ab altera vero in mucronem acutum et pungentem desinens, neque huic opinioni repugnat, quod illud instrumentum hic in adnotatione vocatur φλεβότομον ideoque ad venaesectiones instituendas adhibitum est, nam apud Oribasium Medic. Collect. Lib. VII. cap. 10 et Aëtium Tetrab. I. III. 13 disertis verbis legimus, venam secari vel punctim vel caesim. A κατιάδος autem mihi omnino differre videtur κατειάδιον, quod memorat Aretaeus De curat. diuturn. morb. Lib. I. cap. 1. cujusque loco

©BIU Santé



etiam adhiberi posse dicit στοϱύνην vel pennae anserinae caulem crassiorem quodque eo inserviebat, ut narium venae internae quasi serra discinderentur et sic sanguis ex iis emitteretur ad dolorem capitis sedandum; ex his igitur patet illud instrumentum fuisse serratum.

De ἡμισπαθίῳ Conf. infra adnotatio ad vocem συϱιγγότομον.

Pag. 28. lin. 3. λημνίσκῳ καθεθέντι, ἀναπληϱούσθω τοῦ ἀποστήματος κόλπος. Pro καθεθέντι hic legendum esse puto κατατεθέντι et praeterea comma, quod hic pone καθεθέντι invenitur, delevi.

Ibid. lin. 12. καδμεία. *Καδμεία* est materia, quae in fornacibus ope ignis ex lapidibus et terris aes continentibus parabatur, quando parietibus et camerae fornacis adhaerebat (Plinius Hist. Nat. Lib. XXXIV. cap. 10); teste Galeno (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 3. § 11) in insula Cypro etiam occurrebat in montibus nulla artis ope parata atque haec species omnibus aliis erat praeferenda; licet Dioscorides (Lib. V. cap. 84) dicat illos, qui hoc putant, decipi similitudine inter cadmiam et nonnullos lapides. Enumerat hic etiam sequentes cadmiae species βοτϱυΐτην, ὀνυχίτην, ζωνίτην, πλακώδην, ὀστϱακίτην, ἀκεστίδην et speciem, quae parabatur cremando lapide Pyrite; praeterea Plinius et loquitur de capnitide. Ceterum de omnium harum specierum virtute conf. Dioscorides, Plinius et Galenus l. l., Oribasius Collect. Medic.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 123 sur 214

©BIU Santé



Lib. XIII. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. II. cap. 57 et Paulus Aegin Lib. VII. cap. 3.

Ibid. οἴωθε. Hic haud dubie legendum est εἴωθε.

Ibid. πριαπίσκον. Quo melius intelligatur haec vox, liceat mihi hic afferre verba Oribasii Collect. Medic. Lib. XLIX. cap. 5. § 3 invenienda, ubi πριαπίσκον ejusque utilitatem sequenti modo describit: Πριαπίσκος λέγεται ὁ αὐτὸς καὶ στυλίσκος, ἔτι τὲ σκαλμὸς· γέγονε οὗτος πρὸς ἀντέρεισιν τοῦ περιναίου τῆς ἐν τοῖς καθαρτισμοῖς γενομένοις· ἔστι δὲ ὁ πριαπίσκος ξύλον ὀκτωδακτυλιαῖον περιφερὲς κατὰ τὸ πλεῖον αὐτοῦ μέγεθος, κατὰ δὲ τὸ λοιπὸν μέρος εἰς τετράγωνον.

Ibid. Not. lin. 6. ἰτρείοις. In hac voce vitium irrepsisse jam exinde mihi patere videtur, quod praepositio κατὰ hic cum dativo usurpatur ideoque non nimis audacem me esse putem, si ἰτρείοις mutem in ἰατρεῖον, quod hic optime convenit; in universum autem et haec nota et sequentes mihi non magnam lucem contextui afferre videntur.

Ibid. 3. lin. 3. κλυσμοῖς. Vix dubium videtur, quin κλυσμὸς hic idem significet quod apud alios auctores vulgo dicitur κλύσμα.

Ibid. δρυμυτέροις. Haud dubie pro δρυμυτέροις hic legendum est δριμυτέροις.

Ibid. lin. 4. ὑσσώπου, ὀριγάνου, ἰσχάδων et pag. 30. lin. 7. λιβανωτοῦ. Quaenam planta fuerit ὕσσωπος antiquorum inter pharmacologos nondum constat; ὀρίγανον verisimiliter erat Origanum Creticum Linn. vel Origanum Heracleoticum Ghini (Dier-

©BIU Santé



bach die Arzneim. des Hippokr. pag. 174). Galenus (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 15. § 13) quatuor hujus medicamenti species enumerat: Ἡρακλεοτικὴν, de qua etiam loquitur Dioscorides Lib. III. cap. 32, ἀγρίαν vel πάνακες Ἡράκλειον vel κονύλην, ex qua etiam conficiebatur ὀποπόναξ (Galenus ib. cap. 16 § 4), τραγοριγάνον et ὀνιτίδα; ἰσχάδες sunt fructus siccae Ficus Caricae Linn. (Dierbach Flora Apiciana § 18.), licet Theophrastus Hist. Plant. Lib. IX. cap. 10 hac voce pira indicare videatur; Dioscorides autem Lib. I. cap. 182—184 praeter vulgarem ficum distinguit συκὴν ἐν Κύπρῳ et συκὴν ἀγρίαν; Plinius vero Nat. Hist. Lib. XV. cap. 18 viginti novem hujus arboris species enumerat. Λιβανωτοῦ quoque multae erant species, quae nomina petebant a regionibus, unde advehebantur (Plin. Nat. Hist. Lib. XII. cap. 15); omnes tamen hae species, uti videtur Cl. Dierbach (l. l. pag. 223) oriebantur ab Amyris Kafal Forsk. vel a Boswellia serrata Stackh. Ceterum de horum medicamentorum viribus et proprietatibus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. II. cap. 7, IV. cap. 8, VI. cap. 2, IX. cap. 4 et de causis plant. Lib. I. cap. 21 et V cap. 12 et 13, Dioscorides Lib. I. cap. 81—84 ubi seorsum agit de φλοίῳ λιβάνου, de μάννῃ λιβάνου et de αἰθάλῃ λιβανωτοῦ, et cap. 182—184 et Lib. III. cap. 30 et 32, Plinius l. l. uti et Lib. XXI. cap. 10, Galenus l. l. Lib. VIII. cap. 20. § 8. cap. 15. § 13. cap. 18. § 43 et 44, et

©BIU Santé



Lib. VII. cap. 11. § 13, Oribasius Collect. Medic. Lib. XII et XV. cap. 1, Euporist. Lib. II. cap. 1, et Paulus Aegin Lib. VII. cap. 3.

Pag. 30. 4. lin. 1. *παρισθμίοις*. De tonsillarum abscessibus conferantur Celsus Lib. VII. cap. 12. § 2, et Paulus Aegin Lib. VI. cap. 30; hicce etiam memorat *γλωσσοκάτοχον*, verum de *στοματοδιαστολέως* apud nullum alium auctorem quidquam inveni; Paulus Aegin. praeterea adhibet singulare instrumentum ad hos abscessus incidendos, quod vocat *ἀγκυλότομον* qualiaque semper duo adesse debent, alterum pro tonsilla dextra, alterum pro sinistra.

Ibid. lin. 3. *πρίνινον*. *Πρῖνος* est Quercus Ilex Linn., de cujus viribus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. III cap. 17 Dioscorides Lib. I cap. 144 Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 4 § 11 et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. 4. lin. 7—10. *τοῖς κατὰ ἁπλοτομίαν ἔργοις χρησόμεθα πρὸς τὸ τοῦ ἀποστήματος μέγεθος· ἢ μίᾳ διαιρέσει ἢ δυσὶν ἢ τρισὶν ἀρκούμενοι.* Colon, quod hic invenitur pone *μέγεθος*, mihi tollendum esse videtur.

Pag. 32. in tit. *Ῥούφου*. Haud dubie hic tractatus adscribendus est Rufo Ephesio, non vero Rufo Menio, de quo nihil compertum habemus, nisi quod citatur a Galeno (de composit. medicam. sec. genera Lib. VII. cap. 12.).

Rufus Ephesius autem medicus erat, qui praecipue tamen anatomen excoluit. De tempore, quo

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 126 sur 214

©BIU Santé



vixerit, dissentiunt scriptores, cum Tzetzes eum medicum reginae Cleopatrae fuisse tradit (Chil. Lib. VI. sect. 44. vs. 300). Suidas vero (Tom. III. pag. 266) cum plerisque aliis eum ad Trajani tempora refert. Ex ejus operibus praeter nonnulla fragmenta in Collect. Nicetae invenienda adhuc supersunt:

I. De appellatione partium corporis humani Lib. III, quos primum edidit Graece Jac. Goupylus Paris. 1554. 8°. Latine vertit Junius Paulus Crassus et cum Aretaeo edidit Venet. 1552. 4°. recusos Paris. 1554 forma minori ex recensione ejusdem Goupyli. Prodierunt et inter artis medicae principes H. Stephani 1551. fol. et ex secunda Crassi recognitione 1555 et Basil. 1581. 4°.

II. De vesicae renumque affectionibus Liber ab extrema parte mutilus.

III. De medicamentis purgantibus. Hos Libros edidit cum ceteris Rufi Libris et Sorani de utero ac pudendo muliebri fragmento Goupylus Paris. 1554. 8°. atque eodem anno Latine forma minori. Prodierunt et inter artis medicae principes Stephani.

Novam editionem Graeco-Latinam Rufi ad MS. Bernense recensitam molitus est Martinus Bogdanus teste Thoma Bartholino (medic. epist. cent. IV. pag. 37). Testante Fabritio (Biblioth. Graeca Tom. III. pag. 103) Rufi de venereis et de ossibus memorat Labbeus Biblioth. nova MSS. pag. 126.

Perierunt autem sequentes Rufi Libri:

1°. Libri V περὶ διαίτης, quos memorat Suidas l. l.

2°. Libri IV περὶ βοτανῶν carmine hexametro

©BIU Santé



conscripti, quos laudat Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI in Praefat.

3°. Θεραπευτικὰ βιβλία, quae laudat Galenus ibidem.

4°. περὶ μελαγχολίας. Laudantur a Galeno Lib. de atra bile in initio.

A Suida l. l. adhuc memorantur.

5°. Lib. I. περὶ διαίτης πλεόντων.

6°. Lib. I. περὶ τραυματικῶν φαρμάκων.

7°. Lib. I. περὶ σύκων.

8°. Lib. I. περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς.

9°. Lib. I. περὶ γάλακτος.

10°. Lib. I. περὶ οἴνου.

11°. Lib. I. περὶ μέλιτος.

Ibid. βουβῶνος. Hac voce Galenus in universum glandularum tumores acutos designasse videtur, uti patet ex Lib. XIII. de meth. med. cap. 5: ὀνομάζουσι δὲ τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας βουβῶνας; alio loco tamen de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. 1. glandularum hos tumores distinxit in βουβῶνας, φύματα vel tubercula et φυγέθλα vel panos, uti et Paulus Aegin. Lib. IV. cap. 22 et Actuarius de meth. med. Lib. II. cap. 12.; qui tamen non consentiunt, siquidem ab illo βουβὼν dicitur ἡ φλεγμονὴ, φῦμα vero ἡ πρὸς ἐκπύησιν ἐπιγενομένη φλεγμονὴ τοῦ ἀδενός; ab hoc vero contrarium perhibetur.

Ibid. lin. 6. Δημόκριτος. Ut mihi videtur, Democritus, qui hic citatur, est Abderitanus celeber ille philosophus, qui paulo ante Hippocratem vel eodem fere tempore ac ille vixit. Hicce Democritus

©BIU Santé



autem, licet praecipue philosophiae operam dedisset, tamen auctor fuit nonnullorum librorum medici argumenti, quapropter nonnulli eum quoque auctorem habent libri *περὶ χυμῶν*, qui vulgo Hippocratis operibus adnumeratur (Fabricius Biblioth. Graeca Tom. XIII. pag. 143.)

Ibid. lin. 7. *μολίβδου*. *Μόλιβδον* est plumbum, de cujus virtutibus medicis conferantur Dioscorides Lib. V. cap. 95—98, ubi seorsum agit de *μολίβδῳ πεπλυμένῳ*, de *μολίβδῳ λελαμμένῳ*, de *μολίβδου σκωρίᾳ*, de *μολυβδοειδὶ λίθῳ* et de *μολιβδαίνᾳ* (secundum Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. molybdas plumbi oxydati) Galenus de simplic. medicam. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 3. § 23. Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1. Aetius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. Not. (1). *Ἐν τῷ ξε̄ βιβλίῳ κεφαλαίῳ Ῥούφου περὶ λιθιάσεως εὑρήσεις κοκκίνῳ.* Ut mihi videtur, pro *εὑρήσεις* legendum est *εὑρήσεος* et punctum inserendum ante *κοκκίνῳ*.

Ibid. lin. 2. *κοκκίνῳ*. *Κόκκινον* conficiebatur e *κόκκοις*, quorum duae erant species: *κόκκοι Κνίδιοι* et *κόκκοι βαφικοὶ* (Discorides Lib. IV. cap. 48 et 173. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 33 et 34. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3). *Κόκκοι Κνίδιοι* autem, testibus Dioscoride et Paulo Aegin., erant fructus *θυμελαίας*, dum quicunque illos fructus dicunt *χαμελαίας* foliorum similitudine decipiuntur; Plinius vero Lib. XIII. Nat. Hist. cap. 21. *θυμε-*

©BIU Santé



λαίαν et χαμαιλαίαν eandem esse fruticem dicit; teste Sprengel autem (Pragmat. Gesch. der Medizin (Tom. I. pag. 516) erant fructus Daphnes Gnidii externa cortice privati; de arbore vel frutice vero, unde κόκκοι βαφικοὶ petebantur, agit Dioscorides Lib. IV. cap. 48. eorumque varias species enumerat, quarum Galatiatica et Armeniaca erant optima, dein autem sequebantur Asiatica et Cilix, vilissima erat Hispanica. De virtutibus medicis autem κόκκων conferantur auctores supra laudati l. l.

Ibid. Not. (2) lin. 1. φίλων). Uti patet e Stephano Byzantino (de urbibus et populis ad vocem κυρτός) Philo, de quo hic mentio fit, est Herennius Philo Byblius Grammaticus, qui vixit Domitiano regnante et inter alia conscripsit Lib. XII. περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων (Fabricius Biblioth. Graeca Tom. III. pag. 120), quos hic innuere videtur hujus adnotationis auctor. Hic Philo autem nequaquam confundendus est cum Philone Tarsensi medico, cujus celebre medicamentum anodynum ab illo φιλωνεῖον dictum versibus descriptum cum explicatione invenitur apud Galenum de medic. compos. sec. loc. Lib. IX. cap. 4.

Ibid. lin. 2. Ἕρμηπος (Ἕρμιππος). Quisnam hoc nomen emendaverit, nescio ideoque haec mittam. Ni fallar autem, hic sermo est de illo Hermippo, qui, testante Fabritio, commentationes conscripsit in Homerum, Theophrastum aliosque et de quo (Biblioth. Graeca, Tom. II. pag. 174) dicit: Perierunt Hermippi aliique Jonsio laudati scriptores de sectis vitisve philosophorum.

©BIU Santé



Ibid. lin. 3. Σωρανός. Praeter Soranum Coüm, quem memorat Soranus junior in vita Hippocratis et Soranum Cilicem, quem momorat Suidas (Tom. III. pag. 354) quique multo sunt antiquiores, duo alii fuerunt Sorani medici ambo Ephesi nati:

1°. Soranus antiquior e secta methodica, a quo Hallerus putat Caelium Aurelianum omnia fere, quae scripsit, depromsisse, ita ut pene nihil fecisse videatur Caelius, nisi quod Sorani opera Latine vertisset (Praefat. ad editionem suam hujus auctoris pag. 12—14). Hicce Soranus autem primum Alexandriae versatus est, dein Romae medicinam exercuit, Trajano et Hadriano regnantibus, deque eo Suidas l. l. testatur, illum πλεῖστα καὶ κάλλιστα scripsisse. Ex hujus scriptis adhuc in collect. Nicetae nobis servantur: Libri περὶ σημείων καταγμάτων τοῦ κρανίου et περὶ ἐπιδέσμων, qui liber etiam invenitur in editione operum Hippocratis et Galeni cur. Renato Charterio. Praeterea a Caelio Aureliano citantur hujus auctoris Libri de adjutoriis (Acut. Lib. II. cap. 29). Lib. causarum quos αἰτιολογουμένους appellavit (Chron. Lib. I. cap. 3) Lib. II de coenotetis (Chron. Lib. IV. cap. I) et Lib. de febribus (Acut. Lib. II. cap. 33), a Galeno vero (de composit. medicam. sec. loc. Lib. I. cap. 8) μονόβιβλος φαρμακευτικὸς et Lib. IV. περὶ φαρμακείας.

2°. Soranus junior, de quo hic sermo esse videtur, scripsit vitas medicorum et de sectis atque syntagmatis libris X distributa (Fabritius Biblioth. Graeca Tom. XII. pag. 684); illi quoque adscri-

*

©BIU Santé



benda est vita Hippocratis, quae in plerisque hujus auctoris editionibus legitur; citantur et a Suida l. l. IV ejus Libri *περὶ γυναικείων*, unde fortasse depromtum est fragmentum Sorani de utero ac pudendo muliebri, quod adhuc exstat (Conf. supra Nota ad verbum *Ῥούφου*), quod tamen Sprengel (Pragmat. gesch. der Medizin. Tom. II. pag. 50) Sorano methodico adscribere videtur; illi quoque tribuenda sunt quae ex Sorano inveniuntur apud Aëtium Tetrab. IV. 4.

Ibid. lin. 5 et 6. *βαρυτόνος δὲ ὡς ἵππος πύργος, ἐπὶ ἐκ μεσογαίου πολέος τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν.* Vix dubium videtur, quin hic pro *ἐπεὶ* mendose legatur *ἐπὶ.*

Ibid. lin. 7 et 8. *διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτοῦ, ὅσπερ τοὺς ἰχθὺς ὑπὸ τῶν ἁλιευτικῶν κυρτῶν.* Vocem *ὅσπερ* hic in *ὥσπερ* mutandam esse putavi.

Ibid. VIII. lin. 17. *παραφροσύνην.* Haec vox significat omnem mentis perturbationem in exacerbatione febris vehementis, uti patet ex Galeni Comment. in Hippocr. Aphorism. 14 Lib. VII: *ἡ μέν γε παραφροσύνη γνωρίζεται, φθεγγομένων τε καὶ πραττόντων οὐδενὸς ἐχόμενα λόγου* et ex ejusdem Comment. in Hippocr. Prorrhet. Lib. I. 1, ubi variae species hujusmodi delirii vel desipientiae enumerantur: *τὸ δ᾽ ἐν ἀκμῇ σφοδροῦ πυρετοῦ παραφρονῆσαι παρακόψαι τε, καὶ παραχθῆναι, καὶ παραληρῆσαι, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παραφρονῆσαι καλοῦσι.* Ex his *παραλήρησις* videtur indicare delirium mite, uti patet ex

©BIU Santé



Aretaei de causis et signis diut. morb. Lib. I. cap. 6, ubi describitur discrimen inter *λήρησιν* et *μανίην*; ibi tamen *λήρησις* potius significare videtur amentiam senilem (Heinroth Lehrb. der Störungen des Seelenlebens. Tom. I. pag. 85): *τῇδε τῇ μανίῃ οὐδέν τι ἴκελον ἡ λήρησις, γήραος ἡ ξυμφορή· αἰσθήσιος γάρ ἐστι νάρκη καὶ γνώμης νάρκωσις ἠδὲ τοῦ νοῦ ὑπὸ ψύξιος· μανίη δὲ θερμόν τι καὶ ξηρὸν τῇ αἰτίῃ, καὶ ταραχῶδες τῇσι πρήξεσι· ἡ μέν γε λήρησις ἀρχομένη ἀπὸ γήραος, οὔτε διαλείπει, και ξυναποθνήσκει· μανίη δε καὶ διαλείπει καὶ μελεδῶνι ἐς τέλος ἀποπαύεται.*

Pag. 34. lin. 12. Ad finem hujus capitis de bubone monere liceat, me ideo nullas adnotationes in illud conscripsisse, saltem in illius partem, quae de peste agit, quia ante hos duos annos de hac re libellum edidit F. Osann sub titulo: de loco Rufi Ephesii medici apud Oribasium servato, sive de peste Libyca disputatio, qua viro summo ac perillustri C. G. Hufeland gratulatur Gissae 1833. 4°. Illa autem disputatione vir doctiss. probare conatus est, pestem, de qua hic agitur, fuisse eundem morbum, qui adhuc fere quotanis in Aegypto aliisque regionibus Orientalibus grassatur, neque umquam in antiquitate exstitisse pestem, quam non comitabantur bubones communemque patriam pestibus, si non omnibus, certe plurimis Africam fuisse. Primum tamen percontatur, qua aetate regnaverit pestis, de qua hic loquitur Rufus, quique fuerint Posidonius et Dioscorides, qui hic memorantur. Asserit autem huncce Posidonium fuisse Posidonium Apameensem Stoï-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 133 sur 214

©BIU Santé



cum, qui in Rhodo philosophiam docebat, cujusque opera quae supersunt collegit ediditque Janus Bakius, quique (teste Strabone Geograph. Lib. XVII. pag. 830) refert, in Libya et Aethiopia saepe pestem oriri ab aestu et siccitate lacubus coenosis factis et locustis innumeris irruentibus; huncce virum enim doctrina insignem etiam medicinae haud imperitum fuisse credit indeque eundem illum esse putat ac ille Posidonius, qui citatur ab Apollonio Citiensi vel Mure in ejus praefatione Libri τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας in collect. Nicetae servati; Dioscoridem vero, de quo hic agitur, fuisse Dioscoridem Alexandrinum Phacam dictum Erasistrateum, qui, teste Suida (vol. I. pag. 604), aetate Cleopatrae vixit: ex his omnibus concludit vir doct., hic sermonem esse de illa epidemia, quae a. U. C. 628. Africae oras maritimas devastavit, de qua breviter mentio fit in Livii Epitomat. Lib. LX, de qua vero disertius egit Julius Obsequens De prodigiis 90, omnium tamen disertissime Orosius V. 10. ed. Paris. 1510 (Osann. l. l.)

Hoc opusculum autem Doct. Osann. etiam laudatur in Diario Bibliothek der Praktischen Heilkunde von C. W. Hufeland dicto (Julius 1833) ibique versio invenitur hujus capitis Rufi inde a verbis οἱ δὲ λοιμώδεις usque ad verba κατὰ ἰγνύας καὶ ἀγκῶνας, in qua versione auctor secutus est emendationem contextus a Doct. Osann propositam, qua vocem λοιμῷ (pag. 32. lin. 14) mutavit in λοιμοῦ, quam et ego secutus sum. In hac versione tamen vitium

©BIU Santé



mihi irrepsisse videtur, quia ibi vox ἀνεκπυήτων vertitur voce Germana *eiternde*, nam ego ἀν hic loco non habui ἀποκοπὴν praepositionis ἀνὰ, verum solummodo ἀ privantem ideoque verti *quae in suppurationem non transeunt*, cui meae sententiae etiam favet, quod plerique auctores, qui de peste egerunt, cum antiqui tum recentiores suppurationem bubonum inter bona signa recensent (Procopius de Bello Persico Lib. I. cap. 79 ed. Hoeschelii, de Wolmar Abhandlung über die Pest mit einer Vorrede von Hufeland. Berlin 1827.)

Mirum etiam mihi videtur, Doct. Osaun in supra laudato ejus opusculo nullo modo investigare, quis fuerit Dionysius Cyrtos vel gibber; negari sane nequit, Dionysium tali cognomine ornatum a nullo alio auctore citari, nisi ab unico Stephano Byzantino (de urbibus ac populis ad vocem κυρτός), ubi illum ab Herennio Philone citari dicit, neque cognomen κύρτου illi datum fuisse ob deformitatem corporis, verum ob urbem, unde originem petebat, sed ab aliis auctoribus citantur varii Dionysii medici, inter quos, licet aliis vel nullis cognominibus ornatos, tamen forsan unus alterve ab hoc nullo modo differet. Lib. II enim Antidot. cap. 11, quod caput, uti ex titulo patet, ex Asclepiade petitum videtur, Galenus citat antidotum, quod Dionysio Milesio auctori adscribitur; Lib. IV vero de medic. composit. sec. gen. cap. 13, qui locus etiam ex Asclepiade videtur transscriptus, citat medicamentum Dionysii Samii adversus ulcera sanatu difficilia; Comment. in Hippocr. Aphorism.

©BIU Santé



69 sect. IV. citatur Dionysius quidam, qui commentaria in eosdem aphorismos conscripsisse videtur; a Plinio Nat. Hist. Lib. XXV. cap. 2 mentio fit Dionysii Crateuae, qui librum conscripsit de usu herbarum effigiesque addidit, quemque idem Plinius citare videtur Lib. XV. cap. 11 et 20; memorat et Plinius (Lib. XXXII. cap. 7) Sallustium Dionysium; ab Athenaeo porro (Deipnosoph. XIV. pag. 648) laudantur Lib. IV. *περὶ γεωργικῶν* Dionysii cujusdam Itucaei; a Celso (Lib. VI. cap. 6) laudatur Dionysii collyrium et cap. 19 ejusdem medicamentum ad haemorrhoïdas; a Caelio Aureliano (chron. Lib. II cap. 13) Dionysius articulorum constrictionem in haemorrhagiis commendasse dicitur; tandem a Scribonio Largo de composit. medicam. cap. 212 citatur medicamentum quiddam Dionysii chirurgi, nam hic sermo non esse potest de Dionysio methodico, Galeni aequali, de quo loquitur Galenus (de meth. med. Lib. I. cap. 7) et saepius in celebri illa Epistola ad Caecilianum de puero epileptico, quem primum tractaverat Dionysius ille. Si autem plura de his omnibus comperta haberemus, forsan omnes Dionysii ad tres quatuorve redigi possent, quorum nonnulli uti Samius et Milesius certo vel ante Asclepiadem vel eodem tempore ac ille vixerunt, ideoque verosimiliter aetate non longe distabant ab aetate Posidonii et Dioscoridis, quae omnia si accuratius probari possent, exinde novum argumentum peteretur pro sententia Doct. Osann; vel, si hanc opinionem tamquam satis comprobatam consideremus, accuratius determinari

©BIU Santé



posset Dionysii aetas ea re, quod Rufus Ephesius ejus aequales vel discipulos (utroque modo enim verti posse verba οἱ περὶ τὸν Διονύσιον mihi videntur) pestem saepius jam memoratam meminisse vel ejus mentionem fecisse (nam et significatio verbi μνημονεύκασιν mihi hic anceps videtur) refert, si solummodo constaret, ad quemnam Dionysium referri deberet cognomen κυρτός.

Ne autem haec adnotatio nimis longa fiat, obiter tantummodo mentionem faciam Disputationis de origine pestis, quae legitur (Revue Médicale Janvier 1834) auctore Doct. Lagasquie, qui anno 1828 cum doct. Pariset, praeside hujus expeditionis, Doctiss. Dumon et Guilhou et Ornatiss. d'Arcet, Félix et Bosc in Aegyptum adjacentesque regiones missus est a Sereniss. de Martignac, tunc temporis rerum internarum in Gallia administrationi praefecto (*ministre de l'intérieur*), ut naturam pestis perscrutarentur et explorare tentarent, qua ratione ejus propagatio cohiberi vel potuis universus morbus exstirpari posset, qui dein per biennium in his regionibus degit, ut munere sibi oblato fungeretur; frustra tamen pestem quaesivit in Aegypto, verum illam invenit in urbe Syriaca Tripoli, ubi per tres annos vere saeviit. In hac disputatione autem auctor, qui omnes viros Doctiss. Ornatissque supra enumeratos secum in Aegyptum missos secum etiam consentire dicit, vulgarem adhuc opinionem de origine pestis profert, morbum nempe, quem hodie pestem dicimus, numquam occurrisse ante illam epi-

©BIU Santé



demiam, quae anno p. Chr. n. 542 et sequentibus magnam orbis terrarum partem devastavit cujusque historiam nobis enarrat Procopius de bello Persico Lib. I. pag. 77—80.

Pag. 32. VIII in tit. *τερμίνθου* ibid. lin. 1. *φύματος* ibid. lin. 6. *φλυκταίναν* pag. 36. IX. in tit. *φλυκταινίδων* ibid. lin. 3 *σταφυλὸν* ibid. lin. 4. *φλυκταινίδιον* ibid. lin. 5. *σταφυλή* ibid. lin. 6. *ἐπινυκτὶς* et pag. 38. XI. in tit. *φυγέθρου*. Magna confusio regnare videtur in significatione harum vocum apud varios auctores, ita ut definiri fere nequeat, quid quaeque earum apud quemque auctorem significet.

*Φῦμα* apud antiquiores e. g. Hippocratem in universum omnem tumorem praeter naturam erumpentem significat, atque hoc sensu etiam hanc vocem adhibuisse videntur discipuli Praxagorae (pag. 38. lin. 1). Hac ratione etiam vocem *φῦμα* explicat Galenus Comment. in Hippocr. Lib. VI Epidem. sect. 1 Aphorism. 12: *ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων, οἱ ἄνθρωποι φύματα κεκλήκασιν τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ὅσοι τοὐπίπαν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται, μάλιστα οὖν ὀνομάζουσι οὕτω τὰ πρὸς τὸ ἐκτὸς τόπον ἐπιγενόμενα*, Aliis tamen in locis *φῦμα* peculiarem affectionem glandularum significare videtur, uti apud Hippocr. Aphor. 26. sect. III, ad quem locum etiam Galenus in Comment. suo sequentia monet: *λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα φλεγμοναί τινες αὐτόμαται τάχιστα μὲν γεννώμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυϊσκόμεναι, καὶ*

©BIU Santé



πλείστη γε καὶ ἡ τοιούτων γένεσις ἐστὶν ἐν βουβῶνι, καὶ μασχάλῃ, ὅτι καὶ ἀδένες ἐνταῦθα πόλλοι φύσιν ἔχοντες, εἰς ἑαυτοὺς ἑτοίμως δέχεσθαι τὰ περιττά. Huc quoque pertinent quae inveniuntur apud Actuarium de meth. med. Lib. II. cap. 12 et Paulum Aegin. Lib. IV. cap. 22, quae loca jam citavi ad vocem βουβὼν; cum hoc autem omnino convenit Galenus de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. 1. Tertio loco φύματα aliquando parvos abscessus significare videntur, quemadmodum apud Celsum Lib. II. cap. 8, ubi Latine vertit Hippocratis Aphor. 81 sectionis IV: hic enim legitur: » minuti abscessus, quos φύματα Graeci vocant;" alio loco vero Lib. VI. cap. 2 dicit: » Tubercula, quae φύματα Graeci vocant."

Eadem significatione generali, qua Hippocrates Epidem. Lib. VI. sect. 1 Aphor. 12 adhibet vocem φῦμα Diocles in contextu nostro (cap. X) adhibere videtur vocem φλυκταίναν; aliis locis vero φλυκταίνα indicare videtur vesiculas illis similes, quae ustione oriuntur; Hesychius saltem (Tom. II. pag. 1514) vocem φλυκταίναν explicat: τὸ ἀπὸ πυρὸς φύσημα γενόμενον ἐν τῷ σώματι; hoc sensu autem occurrit apud Oribasium Euporist. Lib. III. cap. 23, Actuarium de meth. med. Lib. VI. cap. 8 et Celsum Lib. V. cap. 28. § 15. Ab his autem omnino differre videntur φλυζάκια, quae Celsus l. l. sic circumscribit: φλυζάκιον autem paulo durior pustula est subalbida, acuta, ex qua ipsa, quod exprimitur humidum est. De hoc φλυζακίῳ etiam loquitur Hippocrates Coac. Praenot. sect. II. No. 114. Seriores auctores vero



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 139 sur 214

©BIU Santé



hancce affectionem ψυδράκες vel ψυδράκια dixisse videntur; Galenus enim (in Exeg. ad vocem) φλυζάκια explicat voce ψυδράκια; et illae pustulae, quae ab Alex. Trall. de arte medica Lib. I. cap. 5, Aëtio Tetrab. IV. I. cap. 128 et Actuario de meth. med. Lib. VI. cap. 1 memorantur sub nomine ψυδράκων vel ψυδρακίων eaedem esse videntur ac Hippocratis et Celsi φλυζάκια. Willan tamen (Die Hautkrankheite und ihre Behandlung übersetzt von L. Friese. Tom. I. pag. 9), ubi de pustulis agit, a se invicem distinguit phlyzacium et psydracium, phlyzacium dicens pustulam satis magnam cum fundo inflammato vivide rubro, quae tandem transit in crustam crassam coloris obscurioris; psydracia vero parvas eminentias, quae in crustas imbricatas (blatterig) transeunt quaeque plerumque acervatim occurrunt et confluunt ruptaeque humorem tenuem, aquosum emittunt. Vix dubitandum videtur, quin φλυκτανία (nisi fortasse haec vox mendose legatur pro φλύκταινα), φλυκταινὶς et φλυκταινίδιον idem significent ac φλύκταινα.

Τέρμινθοι a Galeno in Exeg. ad vocem dicuntur οἱ τῷ τοῦ τερμίνθου καρπῷ παραπλήσιοι κατὰ τὸ δέρμα συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι˙ Ceterum hujus affectionis descriptiones, quae inveniuntur apud Oribasium Synops Lib. VII. cap. 46, Aëtium Tetrab. IV. II. cap. 62 et Paulum Aegin Lib. IV. cap. 24 parum a nostra differunt. Ultimo loco Paulus locum Oribasii, de quo hic agimus, innuere videtur, dum hoc caput sequenti modo incipit: Ὁ μὲν Ὀρειβάσιος φύματος εἶδος φησὶ τὴν τέρμινθον.

©BIU Santé



Inter recentiores autem M. G. (Dictionnaire des sciences médicales Tom. XLIV. pag. 563) terminthum veterum habet affectionem scorbuticam vel syphiliticam, licet ante nostrae aerae saeculum XV nulla certa saltem scorbuti vel syphilidis vestigia demonstrari queant; Cl. Puchelt vero (Das System der Medizin in Umrisse dargestelt Tom. II. pag. 103) illum nullo modo a carbunculo differre putat, fortasse quia descriptio terminthi parum differt a definitionibus ἄνθρακος, quae apud Galenum (Definit med. N°. 384 et Comment. in Hippocr. Aphorism. 45. Sect. VI) occurrunt, nam ἄνθραξ veterum eadem affectio videtur ac anthrax vel carbunculus recentiorum. Paulus Aegineta tamen ἄνθρακας et τερμίνθους diversas habet affectiones, siquidem Lib. IV. cap. 24. de his agit, cap. 25. vero de illis.

Σταφυλὴν vel σταφύλιον (sic enim mihi legendum esse videtur, non vero σταφυλὸν, ita ut σταφύλιον sit diminutivum σταφυλῆς) unicus Diocles memorare videtur; omnes vero alii auctores Graeci hac voce designant vel uvulam inflammatam vel uvulam sanam; Rufus tamen Ephesius (de appell. part. corp. hum. Lib. I. cap. 8) et Galenus (de compos. medic. sec. loc. Lib. VI. cap. 8) hujus vocis usum in significatione uvae sanae vituperant.

Ἐπινυκτὶς, quae etiam memoratur ab Hippocrate Prorrhet. Lib. II. pag. 95 et a Plinio Nat. Hist. Lib. XX. cap. 6, fere eodem modo ac hic describitur a Celso Lib. V. cap. 8. § 15. Oribasio

©BIU Santé



Synops. Lib. VII. cap. 37. Aëtio Tetrab. IV. II. cap. 61 et Actuario Lib. de meth. med. II. cap. 11.

*Φυγέθλον* vel *φυγέθρον* (Latine panum) a Celso fere eodem modo describitur (Lib. V. cap. 8. § 10), praeter quam quod illud etiam in cervice et in alis occurrere dicit. Galenus vero (de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. 1) Paulus Aegin (Lib. IV. cap. 22) et Actuarius de meth. med. (Lib. II. cap. 12) *φυγέθλον* dicunt *ἀδένων τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας ἢ ἐρυσιπελατώδης φλεγμονή*. Heliodorus tamen (uti patere videtur ex adnotatione (1) ad pag. 37) *φῦμα* et *φυγέθλον* unam eandemque affectionem habet.

Pag. 34. IX. lin. 8. *Πραξαγόρας*. Praxagoras fuit medicus ex antiqua schola dogmatica, qui non ita longe inde ab Hippocrate interjecto temporis spatio floruit. Fuit praeceptor Herophili, uti testatur Galenus (de differentiis pulsuum Lib. IV. cap. 3) et omnium primus voci *σφυγμῷ* (pulsus) illam tribuit significationem, qua illam nunc etiam adhibemus indeque primus quoque fuisse videtur, qui pulsatione arteriarum usus est tanquam signo prognostico vel diagnostico morborum (Galenus de placitis Hippocratis et Platonis Lib. VI. cap. 1). De ejus scriptis parum constat; a Caelio Aureliano tamen citantur.

Libri IV curationum (Acut. Lib. III. cap. 4.)

Libri II peregrinarum passionum (Acut. Lib. II. cap. 10).

Libri III de morbis (Chron. Lib. V. cap. 2).

Ibid. lin. 4. *Ξενοφῶν*. Dubitari potest, num Xenophon Coüs, de quo hic verosimiliter sermo est,

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 142 sur 214

©BIU Santé



et qui citatur a Diogene Laërtio (Lib. II. segm. 59) fuerit idem ac Xenophon Erasistrateus, qui citatur in Isagoge inter scripta Galeni quae recensetur cap. 10; si enim fuerit discipulus Praxagorae Xenophon simulque Erasistrati assecla, certo pertinet ad antiquissimos hujus viri sectatores, qui eodem tempore ac ille vel jam paulo ante illum vixerunt, quoniam eundem habuit magistrum ac Herophilus, qui etiam eodem tempore ac Erasistratus vel paulo ante illum floruit; inde Sprengel solummodo unum enumerat Xenophontem Coüm Erasistrateum (Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. I. pag. 571); Fabritius vero duos distinguit Xenophontes: Erasistrateum et Coüm (Biblioth. Graeca Tom. XIII. pag. 45 et 46). Praeterea Xenophon etiam sine cognomine citatur a Galeno (de diebus decretoriis Lib. II. cap. 7) et Caelio Aureliano (Chron. Lib. II. cap. 13); ceterum de Xenophontis aut Xenophontum vita scriptisve vix aliquid mentione dignum memoriae traditum est.

Ibid. Not. (1). lin 2. *τμήματι.* Fortasse hic quidem legendum est *μνήματι* (Commentatione), nisi exciderit vox *τρίτῳ*; legitur enim in tertio Comment. ad Librum Hippocratis de humoribus, quae Galeno adscribitur: terminthi vero sunt eminentiae in cute consistentes, rotundae, colore ex nigro et viridi, similes ciceris fructui. Haec explicatio tamen petita videtur ex Dioscoride Alexandrino, nam Paulus Aegin Lib. IV. cap. 24: *Διοσκορίδης δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς φησὶ: τερέβινθοι εἰσὶν ὑπεροχαὶ ἐπὶ τοῦ χρωτὸς συνιστάμεναι, στρογγύλαι, μελανόχλωροι, ἐοικυῖαι τερέ-*

©BIU Santé



βίνθου καρπόν. Ex hoc loco patere videtur, auctorem commentationis in Hippocr. lib. de humoribus hic pro τερεβίνθου legisse ἐρεβίνθου (Cicer).

Ibid. IX. lin. 10. τερμίνθου. Terebinthina vel certe Terebinthina Cypria Dioscoridis (Lib. I. cap. 91) erat resina, quae destillabat ex Pistacia Terebintho Linn.; Dierbach tamen (Die arzneimittel des Hippocr. pag. 220) dubitat, num Terebinthina, quam memorat Hippocrates, oriatur ab eadem arbore vel a Pino Abie. Ceterum de hujus arboris facultatibus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. IV. cap. 5 et Lib. III. cap. 15, ubi distinguit inter Terebinthum masculam et feminam, Dioscorides l. l. Galenus de simpl. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 17. § 4 et cap. 19. § 1. Oribasius Medic. Collect. Lib. XV. cap. 1. Euporist Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegineta Lib. VII. cap. 3.

Pag. 36. lin. 1. Ἱπποκράτης ἐν ἐπιδημίαις. Rufus hic verosimiliter respicit Aphorism. 28. Sect. 3. Lib. VI, ubi fere eadem dicuntur ac loco supra memorato Libri de humoribus atque ubi fere eadem Galenus in Comment. sua ad hunc librum monet ad vocem τέρμινθος ac Pseudo Galenus in Comment. ad Lib. de humoribus, praeter quam quod Galenus τερέβινθον non mutavit in ἐρέβινθον.

Ibid. X. in tit. Διοκλέος. Diocles erat medicus celeber ex antiqua schola dogmatica, qui brevi post Hippocratem vixit. Multos libros conscripsisse videtur, e quibus tamen nihil nobis superest, nisi Epistola ejus ad Antigonum regem, quae tamen a

©BIU Santé



Schulze (teste Sprengel Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. I. pag. 484) nonnullisque aliis spuria habetur, quia parum differt ab Epistola ad Antiochum regem, quae sub nomine Hippocratis venit et Marcelli Libro de medicamentis praefigitur. Invenitur autem illa Epistola apud Paulum Aegin. Lib. I. cap. 100 et praeterea prodiit cum versione Librorum Alex. Tralliani Basil. 1541 fol.; Latine etiam vertit Nicolaüs Petrejus et ad calcem Meletii Philosophi de natura hominis vulgavit Venetiis 1552. 4°. Ex versione Antonii Mizaldi denique Paris. 1573. 8°. prodiit cum Arnoldi Villanovani ad regem Aragonum de salubri hortensium usu et variis ejusdem Mizaldi de Sena herba, de artificiosa comparatione hortensium fructuum, olerum, uvarum hortoque medico. Et ad scholae Salernitanae calcem Francof. 1612. 12°. atque Hagae Comitis 1683. Graece et Latine adhuc exstat ad calcem Syllogarum Physicarum Michaëlis Neanovi 1591. 8°. (Fabritius Biblioth. Graeca Tom. 12. pag. 462 sqq. et 585, ubi etiam ipsa illa epistola legitur).

Citantur autem a variis auctoribus sequentes Dioclis libri nunc deperditi:

1°. Libri ὑγιεινῶν, ad Plistarchum, quos citat Galenus de alimentorum facultatibus Lib. I. cap. 1.

2°. Lib. de passionibus, causis et curationibus. Citat illum Caelius Aurel. Acut. Lib. II. cap. 3. multisque aliis in locis.

3°. Anatomica, quos citat Galenus Comment. II. in Hippocratis Librum de natura hominis.

©BIU Santé



4°. Ἀρχίδαμος, quem citat Galenus de simplic. medicam. temper. ac facult. Lib. II. cap. 5.

5°. περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον, quem citat Erotianus in voce ἄμβην.

6°. Ῥιζοτομικόν, quem citat Scholiastes ad Nicandri theriaca vs. 647.

7°. περὶ πυρίων, quem citat Eutocuis in Archimedem de Sphaera (teste Fabritio l. l.), nisi hic alium Dioclem respiciat.

8°. Prognosticon Liber, qui citatur a Caelio Aureliano Chron. Lib. IV. cap. 8.

9°. περὶ γυναικείων Librum, quem citat Galenus Comment. in Hippocratis de Epidem. Lib. I.

10°. De egestionibus, quem citat Caelius Aurelianus Chron Lib. IV. cap. 8.

11°. περὶ λαχάνων, qui citatur a Galeno Comment. IV in Librum Hippocratis de articulis.

12°. περὶ ἑβδομάδων, qui citatur a Galeno eodem loco.

13°. περὶ ἐπιδέσμων, qui citatur a Galeno Comment. III in eundem Hippocrat. Librum.

14°. De febribus, qui citatur a Caelio Aurel. Acut. I. 12.

15°. De alimentorum praeparatione, quem citat Oribasius Collect. medic. IV. 3.

16°. περὶ θανασίμων φαρμάκων, qui citatur ab Athenaeo Deipnosoph. XV. pag. 320.

Non possum, quin tandem et hic referam singularem hujus viri opinionem tantam apud omnes medicos celebritatem nactam, quam nobis tradit

©BIU Santé



Galenus (de differentiis pulsuum Lib. III. cap. 6) omnem nempe sudorem esse signum conditionis praeternaturalis.

Ibid. lin. 6. ὀρφνῶδες. Nisi hic subintelligatur particula τι, haud dubie legendum est ὀρφνώδης.

Ibid. Not. (1). Quoniam adnotatio haec, quemadmodum hic legitur, nullam fere explicationem patitur et eadem fere inveniuntur apud Erotianum ad vocem ὀρφνῶδες, verisimile mihi videtur, illam ex Erotiano esse transscriptam cum omissione vocum ὄρφνη γὲ: ibi enim legitur: Ὀρφνῶδες) σκοτεινόν. Ὄρφνη γὲ λέγεται ἡ σκοτία.

Ibid. XI. lin. 6. σιλφίου lin. 8. ἁιματικὴν λίθον pag. 9. κώνειον. Σίλφιον erat laser vel succus laserpitii; quaenam vero planta fuerit Laserpitium antiquorum, nondum inter viros doctos constat; uti testatur enim Cl. Dierbach, (Die Arzneim. des Hippokr. pag. 203) laserpitium Cyrenaïcum multi oriri putant a Ferula tingitina vel Laserpitio gummifero, laserpitium Medicum vero a Ferula assa foetida; Dierbach ipse tamen credit, utramque speciem ab eadem arbore oriri atque secundum della Cella quidem a Thapsia Silphium, quae tamen a Gussone et de Candolle modo varietas habetur Thapsiae Garganicae; nuper vero pro lasere antiquorum habuerunt Laserpitium Derias Pacho, quae forte eadem est (Dierbach Flora Apiciana pag. 74 et 75). Plinius (Nat. Hist. Lib. XIX. cap. 3) laserpitii refert species tres: Cyrenaïcum, Medicum et Syriacum, quod et magydaris dicebatur, quocum consentit Theo-



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 147 sur 214

©BIU Santé



phrastus, qui (Hist. Plant. Lib. VI. cap. 3) differentiam inter laserem et magydarin describit; Dioscorides vero tres supra laudatas species enumerat, verum etiam addit magydarin, quae in Libya nascitur (Lib. III. cap. 93).

Ἁιματιτὴς λίθος (sic enim legendum mihi videtur, non vero αἱματικὴν) etiam ab aliis auctoribus commendatur, praecipue in oculorum morbis; a Plinio autem (Nat. Hist. Lib. XXXVI. cap. 16) species magnetis dicitur; an vero fuerit eadem materia, quae et hodie dicitur lapis haematitis, concludere non audeo.

*Κώνειον* vel *κώνιον* erat Conium maculatum Linn.; teste Dioscoride (Lib. IV. cap. 79) maxima efficacissimaque vis erat Creticae, Megareae, Atticae et quae in Chio ac Cilicia nascitur. De his tribus medicamentis autem conf. Theophrastus l. l. et Lib. VI. cap. 11. Lib. VIII. cap. 2 et Lib. IX. cap. 8 et 15 et Lib. de lapidibus, Dioscorides l. l. et Lib. V. cap. 44. Plinius l. l. et Lib. XXIV. cap. 13. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 67, Lib. VIII. cap. 18. § 16, Lib. IX. cap. 2. § 2. Oribasius Collect. Medic. Lib. XII, XIII et XV. cap. 1 et Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. 1. et I. II. cap. 13. Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Pag. 38. XII. lin. 3. φασὶ δὲ συνεδρεύειν αὐτῷ ἔρευθος μετὰ οἰδήματος · ὥσπερ καὶ τῷ φύματι καὶ οὐκ ἔλασσον ἔμπυον τοῦ φύματος γίνεσθαι. Colon ante ὥσπερ mihi hic delendum esse videtur.

©BIU Santé



Ibid. lin. 7. *ὅτι ὁ μολύδικος.* Vix dubium mihi videtur, quin hic vitium irrepserit atque *μολύδικον* sit legendum pro *μολύδικος* et *ὅ* vel *τὸ* pro *ὁ*, sed praeterea vox *μολύδικος* mihi plane est incognita; hanc ob rem illam derivari a *μολύνω* polluo et verti sordidae indolis.

Ibid. XIII. in tit. *συρίγγων.* Eodem modo fere ac in adnotatione ad hanc vocem definitur illla, definitur quoque ab Aëtio Tetrab. IV. II. cap. 55. Paulo Aegin. Lib. IV. cap. 49 et Actuario de meth. med. Lib. IV. cap. 16, eadem etiam adhibita comparatione; et totum Caput, de quo nunc agimus, fere iisdem verbis expressum invenimus apud Aëtium l. l. Galenus vero (de tumoribus praeter naturam cap. 5) *ἔτι δὲ καὶ ἡ σύριγξ*, inquit, *ὀνομαζομένη στενὸς καὶ προμήκης κόλπος, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κόλποις προστελλομένη τε καὶ αὖθις ἀφισταμένη διὶ ἐπιῤῥοὴν περιττωμάτων, ὥσπερ ἐκεῖνοι;* Auctor vero Definit. med. N°. 421. *Σύριγξ ἐστὶν ὑποφορὰ τυλώδης, στενὴ καὶ ἐπιμήκης· ἔσθ' ὅτε καὶ σκολιωμένη ἀναπούλωτον ἔχουσα τὸ στόμιον, διὶ οὗ ὑγρὸν κατά τινας καιροὺς ἐκκρίνεται.* Celsus fistulam sequenti modo definit: id nomen est ulceri alto, angusto, calloso (Lib. V. cap. 28. § 12), qui locus omnino cum hoc capite conferri meretur.

Pag. 40. lin. 3. *ἐπεὶ αἱ μὲν αὐτῶν εἰσιν εὐθυτενεῖς· αἱ δὲ σκολίαι καὶ τῶν ευθυτενῶν· αἱ μὲν*, Punctum pone *εὐθυτενεῖς* mihi in comma mutandum esse videtur et colon pone *εὐθυτενῶν* tollendum.

©BIU Santé



Pag. 42. lin. 10. κατανοήσωμεν. Vix dubium videtur, quin hic pro κατανοήσωμεν legendum sit κατανοήσομεν.

Ibid. lin. 12. in marg. Γρ· τὸ τέλος. Hujusmodi adnotationes infra saepius occurrunt variamque lectionem indicare vel explicationi codicis inservire et ab aliquo grammatico profectae esse videntur; plerumque tamen lectio harum notarum paulum a lectione contextus differt; nonnumquam etiam infra inveniuntur in margine adnotationes, quibus adscriptae sunt literae Cod.: has emendationes habui editoris.

Ibid. lin. 21. τὰ δὲ αὐτὰ παρακολουθῶν καὶ ταῖς εἰς μῦν καθηκούσαις σύριγξι. Hic pro παρακολουθῶν mihi legendum esse videtur παρακολουθεῖ, quemadmodum et infra lin. 26, licet mihi vix verisimile videatur sic legi ob vitium typographi vel illius, qui codicem transscripsit, quoniam bis idem mendum hic occurrit.

Ibid. lin. 22. σαρκί. Σάρξ apud Hippocratem fere semper significat musculos, uti patet ex Galeni Comment. II. in Hippocratis Lib. de fracturis: οὓς ἡμεῖς μῦς εἴπομεν, ἐν τῷ προγεγραμμένῳ λόγῳ τούτους ὀνόμασε σάρκας, συνήθει χρώμενος τῇ προσηγορίᾳ. Rufus Ephesius vero huic voci tribuit significationem magis generalem; Lib. I. enim de appell. part. corp. hum. cap. 35: Σάρξ autem, inquit, in visceribus illud est, quod inter vascula concretum reperitur, subtegmen quoddam ac veluti receptaculorum texturae fartum, quo inania ejus spatia compleantur. In

©BIU Santé



musculis *σάρξ* pars fibrosa ac firma est et quae in ulceribus ossiumque cavis recens concrescit. Prima tamen significatio a Rufo voci *σαρκὶ* tributa tempore Galeni non amplius usitata fuisse videtur, nam Lib. X. de meth. med. cap. 11. sequentia dicit Galenus: *ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν τοῖς σπλάγχνοις, οἷα ἥπατι καὶ νεφροῖς καὶ σπληνὶ καὶ πνεύματι, παρεγχύματα καλοῦσι· τὰς δ' ἐν ἐντέροις, καὶ γαστρὶ καὶ στομάχῳ καὶ μήτρᾳ ἀνωνύμους ἀπολείπουσι.* Galenus igitur hac voce mihi magis indicare videtur telam cellulosam, cui sententiae favere videtur locus in Comment. I. Galeni ad Hippocratis librum de fracturis inveniundus, ubi describit texturam musculorum: *ὁ γάρ τοι μῦς ὅλος ὑπὸ τῆς φύσεως γεννᾶται ταῖς ἶνεσι ταύταις, ἐπιπηγνυμένης ἐν κύκλῳ τῆς ἁπλῆς σαρκὸς, καὶ αὕτη τοῦ μύος ἐστὶν ἡ ἰδιὰ ὀυσία·* atque hac significatione etiam hic vox mihi adhiberi videtur, dum pus quod ex *σαρκὸς* effluit fistula dicitur *παχύτερον καὶ αργότερον.*

Pag. 44. XIV. § 1. Cum hac § omnino conferatur Celsus Lib. VII. cap. 4. § 1.

Ibid. lin. 33. *τύλλους.* Certo pro *τύλλους* hic legendum est *τύλους*..

Pag. 46. lin. 1. *τὸ πλατὺ μήλης.* Vix dubium videtur, quin hic inter *πλατὺ* et *μήλης* inserendum sit *τῆς. Τὸ πλατὺ τῆς μήλης* autem erat cochlearculum in extremitate nonnullorum specillorum certae cujusdam mensurae capax, quo nonnumquam utebantur antiqui ad quantitatem medicaminum determinandam, uti patet ex Hippocr. Lib. de rat.

©BIU Santé



vict. in morb. acut. in fine, ubi adversus hydropem anasarcam commendantur λέπιδος μηλαὶ τρεῖς τῷ πλάτει. Galenus in Exeg. et hanc vocem explicat τῷ κυαθίσκῳ τῆς ὀφθαλμικῆς μήλης. Κυαθίσκος autem μηλωτρίδος etiam occurrit apud Nicol. Myreps. Sect. XLVIII. Cap. 6., ubi tamen Leonhardus Fuchsius, qui hunc auctorem Latinitate donavit, hanc vocem non rite intellexisse videtur, quoniam in adnotatione sua ad hunc locum dicit: »generatim vero κυαθίσκος Graecis specillum significat." Haec pars autem Latine dicebatur aversum specillum vel auriscalpium, uti patet ex Marcelli de medicamentis Cap. 31: »Auriscalpio averso, quam partem κυαθίσκον Graeci vocant."

Ibid. lin. 2. πυρῖνα. Aliis in locis capitulum specilli etiam dicitur πυρήν.

Ibid. lin. 15. τετερηδονισμένον. Τερηδὼν erat morbus ossium, qui sequenti modo a Galeno definitur in Definif med. N°. 395: τερηδὼν ἐστιν ’οστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς · τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων; οἱονεί τις τρηδὼν οὖσα. Τερηδὼν autem vel τρηδὼν significatione primaria indicabat vermem ligna corrodens, uti patet ex Hesychio (Tom. II. pag. 166) et Suida (Tom. III. pag. 449).

Ibid. 3. lin. 2. τετραγώνων ἐκκοπέων. Cujusmodi fuerint hi τετραγώνοι ἐκκοπεῖς uti et γομφωτῆρες, qui infra pag. 48. lin. 5. memorantur, definire nequeo, quoniam apud nullum alium auctorem occurrunt, quantum scio; ob adjectivum στένων tamen conjicere licet γομφωτῆρες non multum differre a ξυστῆρες, de quibus supra diximus.

©BIU Santé



Pag. 48. lin. 15. *μετὰ τοῦ γυμνωθῆναι*. Hic, ut mihi videtur, pro *τοῦ* legendum est *τό*.

Ibid. lin. 22. *σπάθην*. *Σπάθη* apud Oribasium Collect. Medic. Lib. XLIV. Cap. 4., uti et apud Celsum Lib. VIII. cap. 15. significabat instrumentum oblongum, quo utebantur ad membra luxata reponenda vel quod saltem partem constituebat machinamentorum ab antiquis ad hanc rem adhiberi solitorum; ideo hic mihi videtur instrumentum ejusdem figurae, verum multo brevius minusque.

Ibid. *ἔπειτα μηνιγγοφύλακα ὑπερβάλλοντες ἢ σπάθην τῶν ξυλίνων τούτων· ἢ καὶ τι ἕτερον ὁμοιοειδὲς τούτοις σῶμα κατ' ἐπικόπου τούτων τινός*. Colon post *τούτων* mihi tollendum esse videtur. Verba *κατ' ἐπικόπου*, duce adnotatione (2), verti *ut fulcimento inserviat*; vulgo autem *τὸ ἐπίκοπον* dicitur mensa, in qua lanii carnes concidunt, quacum hic aliquo modo conferri videtur spatha vel meningophylax.

Pag. 50. lin. 15. *μελανθὲν ἢ λιπανθὲν ἢ τερηδονισθέν*. De his morbis ossium conferatur Celsus Lib. VIII. cap. 2; hicce auctor enim ibi distinguit duos ossium morbos: cariem vel teredinem et nigritiem, quorum uterque tamen eo incipiebat, quod os pingue fiebat. Ossa pinguefacta (*λιπανθέντα*) videntur igitur esse ossa carie vel necrosi in primo stadio affecta; caries veterum videtur idem esse morbus, qui et nunc dicitur caries, cum Celsus l. l. mollitiem semper tamquam princeps signum affert, quo ossa carie affecta a sanis distinguuntur; nigrities forsan erat necrosis vel saltem illa species necrosis,

©BIU Santé



quae nigro colore est tincta; non semper certe mollia fuisse videntur ossa, quae ab antiquis *μελανθέντα* dicebantur.

Ibid. Not. (2) *δυσεργέστερα μένη τε καὶ οὐ πάντη δυσκατόρθωτος.* Haec lectio mihi lectioni contextus postponenda esse videtur.

Pag. 52. 7. lin. 16. *τῶν ἐκτυλωτικῶν φαρμάκων.* Talia medicamenta nonnulla enumerantur a Paulo Aegin. Lib. IV. cap. 49.

Pag. 54. lin. 9. *πλαγεῖα. Πλαγεῖα* hic videtur esse femininum cujusdam adjectivi *πλαγὺς* vel *πλάγειος*, quod idem significat ac *πλάγιος*, licet tale adjectivum nusquam alibi occurrat, nisi solummodo hic legendum sit *πλάγια* vel etiam *πλατεῖα.*

Ibid. lin. 12. *πλατυμήλης.* Hic haud dubie pro *πλατυμήλης* legendum est *πλατυμήλην* vel *τὸ πλατὺ τῆς μήλης.*

Ibid. lin. 15. *ἐστορισμένα.* Vix dubium videtur, quin hic pro *ἐστορισμένα* legendum sit *ἐστορεσμένα.*

Ibid. 9. lin. 3. *τῶν τε μασητήρων καὶ τῶν κροταφιτῶν μυῶν.* De situ horum musculorum conf. Rufus Ephesius de appell. part. corp. hum. Lib. I. cap. 20.

Pag. 56. lin. 1. *εἰ δὲ κατὰ τὴν ὑπερώαν ἐκ τῶν ἔνδοθεν μερῶν συστᾶσα ἡ σύριγξ φθείρειε τὸ ʼοστοῦν, εἰ μὲν διὰ πάχους ἐκ τῶν ἔξωθεν μερῶν καὶ τὰ μῆλα χιάσαντές, οὕτως ἐκκόψομεν τὸ ʼοστέον.* Hic mihi comma inserendum esse videtur pone *πάχους.*

Ibid. 10. lin. 6. *καλαμίσκοις.* Quam figuram habuerint hi *καλάμισκοι*, definire non audeo, quia apud

©BIU Santé



nullum alium auctorem occurrere videntur, licet illam jam aliquo modo ex ipso nomine conjicere possimus.

Pag. 58. lin. 5. *'οριγανοποιΐας.* Loco *'οριγανοποιΐας* hic mihi legendum esse videtur *'οργανοποιΐας.*

Ibid. 11. lin. 1. *ὅσαι δὲ εἰς βρόχον καθήκουσι σύριγγος.* Vix dubium mihi videtur, quin hic pro *βρόχον* legendum sit *βρόγχον* et pro *σύριγγος σύριγγες.*

Ibid. lin. 13. *εἰ δ' 'ολίγον ὁ ὑπεζωκὼς πάθοι.... παραπλησίως ἐγχορήσομεν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν εἰς βρόχον κατατεινουσῶν.* Hoc loco vocem *ἐγχορήσομεν* mutavi in *ἐγχειρήσομεν* et colon ante *ὥσπερ* delevi.

Ibid. 12. lin. 5. *γαστροῤῥαφίας.* Hujus operationis methodus legitur apud Galenum de meth. med. Lib. VI. cap. 4., quem secutus est Paulus Aegin. Lib. VI. cap. 52.

Ibid. lin. 6. *εἰ δὲ μὴ ἐπιδέχοιτο τὸ σχῆμα τῆς σύριγγος μυρσινοειδῆ περιαίρεσιν κυκλοτερῆ, περιγράψαντες, τὸν κατὰ συνσάρκωσιν τῆς θεραπείας ἐπάξομεν τρόπον·* Comma pone *κυκλοτερῆ* mihi tollendum esse videtur.

Pag. 60. lin. 5. *τύλοι.* Liceat mihi hic inserere definitionem *τύλου* apud Paulum Aegin. Lib. VI. cap. 77. invenienda: *ὁ δὲ τύλος ναστή τίς ἐστιν καὶ λευκὴ καὶ ἄνικμος σάρξ, διὸ καὶ ανώδυνος, μήτε φλεβὸς μήτε νεύρου διατείνοντος εἰς αὐτήν.*

Ibid. 13. lin. 2. *τὰ δ' ἐν τοῖς οὔλοις συρίγγια.* De his fistulis conferatur Aëtius Tetrab. II. IV. cap. 26.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 155 sur 214

©BIU Santé



Ibid. lin. 7. ἐπὶ δὲ τῆς ἕδρας φανερᾶς μενούσης τῆς σύριγγος. De ani fistulis earumque incisione etiam legantur Aëtius Tetrab. IV. II. cap. 11, Paul. Aegin. Lib. VI. cap. 78 et Actuarius de meth. med. Lib. IV. cap. 6.

Pag. 62. 15. lin. 3. συριγγοτόμου. Instrumentum, de quo hic agitur, erat falcatum, uti patet ex Paulo Aegin. Lib. VI. cap. 78., ubi dicitur δρέπανον συριγγόστομον et secundum Sprengel (Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. II. pag. 132) capitulo instructum; nisi tamen verba apud Paulum legenda cap. 52. (teste Jano Cornario in adnot. sua ad illud valde corrupta) sint depravata, omnia συριγγότομα non erant falcata, nam illic sermo est de συριγγώμασι ὀρθοῖς, licet apud Galenum de meth. med. Lib. VI. cap. 4., unde hoc Pauli caput exscriptum esse videtur, legatur τὰ καλούμενα συριγγότομα; addit porro Galenus τὰ δ' ἀμφήκη τῶν μαχαιρίων, ἢ κατὰ τὸ πέρας οξέα παντὶ τρόπῳ φευκτέα, unde colligere possumus συριγγότομα neque ancipita fuisse, neque cuspide acuta instructa; itaque ex his omnibus mihi etiam vero satis simile videtur, ἡμίσπαθον vel ἡμισπάθιον in universum ab antiquis vocari scalprum acuta cuspide carentem unaque acie instructum; videtur enim et in fine hujus capitis ἡ ὀξεία opponi τῷ ἡμισπάθῳ, subaudita fortasse voce σμίλη; ad fistulam ani occultam vero perviam reddendam Paulus adhibet κοπάριον, quod forte nullo modo ab ὀξείας differt.

Pag. 64. 16 lin. 8. ἱπποτηρίῳ. Vix mihi dubium videtur, quin hic de instrumento aliquo fiat sermo,

©BIU Santé



licet, quantum scio, apud nullum alium auctorem hoc nomine instrumentum quoddam indicetur ideoque ejus figura determinari non queat; apud Galenum tamen de medic. compos. sec. gen. Lib. IV. cap. 7 et Aëtium Tetrab. III. II. cap. 22. citatur malagma Ipoterium inscriptum, de quo sequentia Philagrii verba affert hicce: » Pharmacum accom» modatum ac prosperi successus, cujus periculum » feci in hydropicis, splenicis et affectionibus inve» teratis: deprimit enim tumorem.''

Ibid. 17. lin. 6. *καθετὴρ*. *Καθετὴρ* erat instrumentum oblongum, cavum, rectum, incurvum, quod adhibebatur ad medicamenta in vesicam urinariam infundenda, uti colligere possumus ex Galeni de meth. med. Lib. V, ubi saepius hujus instrumenti fit mentio. Explicatio enim hujus vocis, quae hodie in Galeni Exeg. legitur, (teste Foësio Oecon. Hippocr. ad vocem *καθετὴρ*) ad loca corrupta pertinere videtur, quoniam in illo loco Hippocr. (de morbis mulierum Lib. II. pag. 659), ad quem unice haec explicatio referri possit, in optimis MSS. non legitur *καθετὴρ*, verum *καθετήριον*. Quomodo autem in vesicam immitti debeat illud instrumentum, nos docet Paulus Aegin. Lib. VI. cap. 59.

Ibid. lin. 9. *ἵνα . . . . ασύντρητον φυλάξωμεν τὸν τῆς κύστεως τράχηλον*. Variae erant partes, quas laedere aut incidere quam maxime verebantur antiqui quasque tamen satis tuto laedi vel incidi posse recentiorum docuit experientia. Ad has partes inprimis pertinet vesica urinaria, uti patet, cum ex hoc loco, tum ex variis



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 157 sur 214

©BIU Santé



antiquorum locis, ubi de lithotomia agunt, quam vel plane rejiciunt ob metum, ne fistula remaneat, uti Aëtius Tetrab. III. III. cap. 5, vel nonnisi in gravissimis casibus, ubi mortis periculum imminet, instituere commendant, postquam prius tentaverant, an calculi etiam concussione totius corporis aegroti in urethram propelli et ex illa ope vulsellae extrahi possent, verum etiam in delineationibus hujus operationis, quae apud illos leguntur, ubique hunc metum deprehendimus. Celsus enim Lib. VII. cap. 26, de illa agens: » Neque vero festinanter in hac » re, inquit, agendum est; sed ita, ut quam ma- » xime id tuto fiat. Nam laesa vesica nervorum dis- » tentiones cum periculo mortis excitat.'' Nihilominus tamen incisuram ipsius vesicae calculo paulo majorem facere jubet, » quia calculus iter, cum vi » promitur, facit, nisi accipit. Ex quo et sanguinis » profusio et distentio nervorum fieri potest, quae » si quis evasit, multo tamen patentiorem fistulam » habiturus est, rupta cervice, quam habuisset, in- » cisa.'' Paulus Aegin. autem, qui hanc operationem adeo negligenter describit, ut dubitemus, an cutem ceteraque integumenta seorsum, an simul cum collo vesicae findat, Lib. VI. cap. 60 valde metuit, ne nimis magnum vesicae infligat vulnus, dicens l. l.: ὥστε τὴν τομὴν ἔξωθεν εὐρυχωρίαν ἔχειν, ἔνδοθεν δὲ μὴ πλέον ἢ ὥστε τὸν λίθον δυνηθῆναι δι' αὐτῆς ἐκπεσεῖν. Aretaeus de curat. acut. morb. Lib. II. cap. 9. modo obiter hujus operationis mentionem facit. Huic autem metui verisimiliter suam etiam

©BIU Santé



originem debet lithotomia ope apparatus magni. Porro ad partes, quibus incisis adeo timebant veteres, recensendus quoque est sphincter ani, uti patet ex § 14. hujus capitis et ex variis auctoribus, quos citavi ad pag. 60. § 13. lin. 7 l. l.

Ibid. lin. ult. et seqq. *κρυπτῆς δὲ σύριγγος γενομένης* cet. usque ad *καὶ ὁλκῷ ἐκτέμνειν.* Primo adspectu sensus horum verborum aliquantulum videtur obscurus, verum si *τὴν σύριγγα* consideremus tamquam explicationem verborum *τῆς δ'ὑποφορᾶς πλάτος* ideoque haec referamus ad verbum *ἀποτεῖναι*, si porro colon pone *ὄντος* mutemus in comma, sensus, ut mihi videtur, multo fit clarior; vocem *ὁλκῷ* autem, quae mihi primum instrumentum quoddam significare videbatur, nunc consideravi tamquam rationem explicans, qua incisio fieri debeat; tale instrumentum enim apud nullum alium auctorem memoratum inveni.

Pag. 66. 18. lin. 4. *δακτύλου.* Vix dubium videtur, quin hic pro *δακτύλου* legendum sit *δακτυλίου.*

Ibid. lin. 5 *ἡ.* Si hoc loco pro *ἡ* legamus *ἢ*, haec verba mihi multo meliorem sensum praebere videntur.

Ibid. lin. 7. *τῷ ἑδροδιαστολεῖ διοπτρίῳ λέγω.* Tale instrumentum ad anum vel vaginam dilatandam explorandamque jam occurrit apud Hippocratem sub nomine *κατοπτῆρος* Lib. de fistulis pag. 884 et de haemorrh. pag. 893; Galenus enim in Exeg. ad vocem: *τῷ καλουμένῳ ἑδροδιαστολεῖ*, inquit, *ὥσπερ*

©BIU Santé



γε καὶ δίοπτρα ὁ γυναικῶν διαστολεὺς et Erotianus ad vocem κάτοπτρον (ubi fortasse legendum est κατοπτὴρ) dicit τὴν μηλωτὴν, ubi haud dubie de μήλη διαστομωτρίδι est cogitandum. Paulus Aegin. etiam variis in locis speculum ani vel vaginae dicit δίοπτραν, uti Lib. III. cap. 65, Lib. VI. cap. 73 et 78; erat autem forceps, cujus rami ope cochleae distendebantur (Sprengel Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. II. pag. 131). Ceterum omnia, quae hac §. continentur usque ad verba ταῦτα γινέσθω ἐπὶ τῶν μονοστόμων cet., fere iisdem verbis expressa leguntur apud Paul. Aegin. Lib. VI. cap. 76, ubi citantur ex quodam Leonidae libro; dum etiam Aëtii Tetrab. IV. II. cap. 11, quod de fistulis ani agit, in titulo ex Leonida petitum dicitur, unde ego mihi satis tuto concludere posse videor, libros Heliodori vel Antylli, ex quibus Oribasius haec depromsit, aetate Aëtii et Pauli Aeginetae jam deperditos vel saltem his auctoribus incognitos fuisse ideoque illos de fistulis ani Leonidam consuluisse, qui etiam sua de hac re scripta ex Antyllo vel Heliodoro exscripserat. Hinc etiam verba αὐτοῦ ἐκ τῶν Λεωνίδου κεφαλαίων ex adnotatione ad calcem hujus pag. excidisse et nescio quo casu fortuito ad notam ad calcem sequentis pag. translata esse videntur; verba enim ἐν τούτῳ, quae nunc satis inepta hic legi videntur, tunc a quolibet statim intelligentur, qui sciat, apud Paulum Aegin. l. l., ubi verba Leonidae citat, legi: τῷ ἑδροδιαστολεῖ, τῷ μικρῷ διοπτρίῳ λέγω. Haecce methodus ta-

©BIU Santé



men, sive ejus auctor fuerit Antyllus, sive Heliodorus, Paulo Aegin. non multum probanda videtur, quia ἑδροδιαστολεὺς saepius potius tenebras effundit, quam lucem affert. Erat autem Leonidas unus ex novissimis scholae pneumaticae sectatoribus Galeno etiam serior, quem citat in fragmento ab Aëtio l. l. nobis servato; citatur autem a Caelio Aureliano Acut. Lib. II. cap. 1. et ab auctore Isagoges, quae Galeno adscribitur, cap. 4. De ejus operibus nil nisi fragmenta exstant apud Aëtium et Paulum Aegin., inter quae multa inveniuntur lectu haud indigna.

Pag. 68. lin. 15. φιμὸς. Φιμὸς, uti dicit Galenus (Definit. Med. N°. 415), ἐστὶν ἡ τῶν πόρων φυσικῶν κατάκλεισις atque hoc sensu etiam vox occurrit apud Paulum Aegin. Lib. III. cap. 73, licet Lib. VI. cap. 55. hac voce indicetur atresia praeputii, quae alioquin, uti et hodie, dicitur φίμωσις.

Pag. 70. lin. 5. ναρθήκιον ἢ φιλύριον σανίδιον. Νάρθηξ erat Ferula communis Linn. vel Ferula glauca Linn; φιλυρέα vero erat verosimiliter Tilia Europaea. De viribus ac proprietatibus autem harum plantarum egerunt Theophrastus Hist. Plant. Lib. VI. cap. 2. Lib. I. cap. 20. Lib. III. cap. 10. et Lib. VI. cap. 7. Dioscorides Lib. III. cap. 91. et Lib. I. cap. 125. Plinius Nat. Hist. Lib. XX. cap. 23. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 13. § 4. Oribasius Collect. Medic. Lib. XII. et Lib. XV. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Vox νάρθηξ tamen saepe alio sensu occurrit sig-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 161 sur 214

©BIU Santé



nificatque assiculum ad membra fracta fulcienda vel firmanda et in eodem situ retinenda, qui ad hunc usque diem etiam ferula dicitur, forsan quia antiquitus ex ligno ferulaceo confici solebat. Quomodo autem se habere debeant, legimus apud Hippocr. de offic. medici pag. 745.

Ibid. 20. lin. 3. *τὸν ἐλυτροειδῆ χιτῶνα.* De hac tunica, uti in universum de omnibus testiculi integumentis, conferantur Celsus Lib. VII. cap. 18. et Rufus Ephesius de appell. part. corp. hum. Lib. I. cap. 32 et Lib. II. cap. 15.

Ibid. lin. 16. *τὸν κεκακωμένον δίδυμον ἀφελεῖν.* De exstirpatione testiculorum conf. Paulus Aegin. Lib. VI. cap. 78, qui duas hujus operationis tradit methodos, *τὴν κατὰ θλάσιν* et *τὴν κατ᾽ ἐκτομὴν*; hic tamen auctor mihi non agere videtur de exstirpatione ob morbum aliquem, uti patet ex initio hujus capitis: *σκόπον ἐχούσης τῆς ἡμετέρας τέχνης, ἀπὸ τοῦ παρὰ φύσιν ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν τα σώματα, τῆς ἐναντίας ὁ ἐυνυχισμὸς ἐπαγγελλίας τετύχηκεν· ἀλλ ἐπειδὴ καὶ ἄκοντες πολλάκις ὑπὸ τινων ὑπερεχόντων εὐνουχίζειν ἀναγκαζόμεθα*, uti et ratione, quare primam methodum vituperat: *οἱ γὰρ τεθλασμένοι ποτὲ καὶ συνουσίας ὀρέγονται.*

Pag. 72. in tit. *Μέγητος.* Meges erat chirurgus eruditissimus (uti dicit Celsus Lib. VII. Praef.) ex secta methodica, qui vixit ultimo ante aeram nostram saeculo; Sidonius dicitur a Galeno de meth. med. Lib. VI. cap. 6., qui locus verosimiliter respicitur in adnotatione ad calcem hujus pag. De ejus operibus

©BIU Santé



fere nihil amplius exstat; citatur tamen a Celso Lib. V. cap. 28. a Galeno de compos. medicam. sec. loc. Lib. V. cap. 3. a Plinio Lib. XXXII. cap. 7. et a Scribonio Largo de medicam. compos. cap. 202.

Ibid. Lin. 3. *κολλυρίων*. Collyrium Foësius (Oecon. Hippocr. ad vocem) dicit medicamentum longum, rotundum, et in oblongam formam compactum cohaerensque ex succis, liquoribus, seminibus, fructibus et metallicis compositum, quod in usum asservabatur. De illo autem hic afferre liceat mihi quae apud Oribasium leguntur Collect. Medic. Lib. X. cap. 23: » Quae collyria proprie dicuntur, ea » oculis adhibentur; laevigata vero quae communi» ter integra nominantur, alia opponuntur, alia » imponuntur: apponuntur autem utero: imponun» tur vero fistulis et sinibus; quaeque utero ad» hibentur, purgationes provocant, et foetum edu» cunt," atque deinceps: » Debent autem collyria » longitudinis quatuor digitorum esse eorumque fi» gura caudae muris esse similis. Sunt etiam li» namentis aut filo oblongo appendenda, ut, quum » temporis quod satis sit permanserint, avelli foras » queant." Conf. tamen et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 16.

Ibid. lin. 18. *ἀλόης ἢ στυπτηρίας ἢ ἰοῦ καὶ λεπίδος*. Aloë Hippocratis aetate nondum cognita fuisse videtur; Galenus etiam plantam, unde oritur, non noverat, (de medic. simpl. temper. ac facult. Lib. VI. cap. I. § 23) licet Plinius illam jam de-

©BIU Santé



scripsisset (Nat. Hist. Lib. XXVII. cap. 4); variae erant species hujus medicamenti, inter quas optima erat Indica; conf. autem Dioscorides Lib. III. cap. 25. Galenus et Plinius l. l. Oribasius synops. Lib. I. cap. 17 et VII. cap. 11. Medic. Collect. Lib. XI et Lib. XV. cap. 1. Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et I. II. cap. 196. Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3 et 4. Actuarius de meth. med. Lib. V. cap. 8 et Rufus Ephesius de medicam. purgant.

*Στυπτηρία*, cujus tres species *σχιστή*, *στρογγύλη* et *ὑγρά* enumerantur a Galeno (de medicam. simpl. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 3. § 30) cujusque alias etiam species alii auctores memorant, etsi non iisdem semper nominibus utantur, erat Alumen nativum Waller (Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 246); conf. autem de illo Dioscorides Lib. V. cap. 123. Plinius Hist. Nat. Lib. XXXV. cap. 15. Oribasius Collect. Medic. Lib. XIII. et Lib. XV. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. II. cap. 74 et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

*Ἰὸν* erat Viola odorata Linn., cujus varietates colore distinguuntur ab antiquis; Theophrastus enim (Hist. Plant. Lib. VI. cap. 6 et 7) distinguit *λευκὸν* et *μελὰν*; Plinius vero (Nat. Hist. Lib. XXI. cap. 19) album et luteum et Oribasius Collect. Medic. Lib. XI. album, qui et *λευκοῖος* dicebatur, luteum et purpureum; ceterum de ejus viribus ac proprietatibus conf. Theophrastus l. l. Dioscorides Lib. IV. cap. 122. Plinius l. l. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 9. § 3. Oribasius l. l. et Lib.

©BIU Santé



XV. cap. 1., uti et Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3. *Λεπὶς* Latine dicitur *squama aeris*, a Cl. Dierbach vero (l. l. pag. 253) *Kupferschlacke;* de ejus viribus ac proprietatibus egerunt Dioscorides Lib. V. cap. 89. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 3. § 16. Oribasius Collect. Medic. Lib. XIII. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 23. σπόγγον ὑπὲρ ὄξει cet. Σπόγγον erat spongia officinalis, de cujus proprietatibus, usu atque viribus conf. Dioscorides Lib. V. cap. 138. Plinius Nat. Hist. Lib. IX. cap. 45, ubi variae ejus species enumerantur et Lib. XXXI. cap. 11. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. XI. cap. 2. § 11. Oribasius Collect. Medic. Lib. IX. cap. 23 et Lib. XIII. Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. II. cap. 73 et I. III. cap. 170 et Paulum Aegin. Lib. VII. cap. 3. De ὄξους (aceti) viribus medicis vero conf. Dioscorides Lib. V. cap. 21. Plinius l. l. Lib. XIV. cap. 21. Galenus l. l. Lib. VIII. cap. 15. § 10. Oribasius Collect. Medic. Lib. XIV. cap. 10. Lib. XV. cap. 1 et Euporist. Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. Paul. Aegin. l. l. et Actuarius de meth. med. Lib. VI. cap. 1.

Pag. 74. lin. 2. ἄρτον πεπονημένον. Haud incongruens mihi videtur, hic nonnulla monere de variis speciebus panis apud veteres usitatis, licet exinde mihi nondum satis dilucide pateat, quid fuerit ἄρτος πεπονημένος, quae species, quantum scio, apud

©BIU Santé



nullum alium auctorem occurrit; haud dubie tamen pertinebat ad panis species aliqua cura paratas et fortasse quidem idem erat ac ἄρτος κλιβανίτης. Ordiar autem a pane triticeo atque in hac re Galenum (De Alimentorum facult. Lib. I. cap. 2) ducem sequar, qui varias species enumerat, quae, cum materie, unde conficiebantur, tum ratione, qua parabantur, a se invicem distinguebantur. Itaque, quod ad materiam attinet, memorat

1°. ἄρτον σιλιγνίτην, omnium purissimum, qui parabatur ex siligine, i.e. farina e praestantissima quadam tritici specie etiam siligine dicta, quae a Plinio (Nat. Hist. Lib. XVIII. cap. 8) dicitur tritici deliciae. Antiquis autem praeter hanc cognitae erant tres tritici species πυρὸν sine cognomine Hippocratis vel similaceum Oribasii (Medic. Collect. Lib. I. cap. 2); πυρὸν τριμηνιαῖον (Hippocr. de morbis mulierum Lib. I. pag. 623) et πυρὸν σιτάνιον omnium praestantissimum. Has tres species autem Cl. Dierbach (Die Arzneim. des Hippokr. pag. 24) omnes oriri putat a Tritico vulgari Séringe, quod etiam patere videtur ex Oribasio l. l., qui refert has species in se invicem transire pro ratione soli, in quo coluntur: Cl. Spengel tamen (Theophrastus Naturgeschichte der Gewächse II. 295) Triticum sitanium refert ad Triticum Gaertnerianum Clem.

2°. ἄρτον σεμιδαλίτην (panem similagineum), qui ex similagine i. e. purissima et tenuissima farina parabatur quemque etiam laudat Hippocrates (de victus ratione Lib. II. pag. 356). Hae duae species autem dicebantur καθαροὶ.

©BIU Santé



3°. ἄρτον αὐτοπυρίτην vel αὐτόπυρον vel συγκομιστὸν (panem cibarium vel confusaneum), qui fiebat ex farina a furfure non separata, quique sub utroque nomine etiam occurrit apud Hippocr. (de internis affect. pag. 542, de victus ratione Lib. II. pag. 356 multisque aliis in locis). Haec species vero medium tenebat inter καθαροὺς et ῥυπαρούς.

4°. ἄρτῶν ῥυπαρῶν (panum sordidorum) species, quae nunc sequuntur, non seorsum pertractat Galenus; vilissima autem ἄρτος πιτύρας (panis furfuraceus), qui parabatur ex tritico tenuissima farina excussa.

5°. Superest ἄρτος ἄζυμος i. e. panis sine fermento, in quo parando etiam caseus addebatur; hoc autem festis diebus vescebantur rustici, verum decoctu adeo erat difficilis, ut urbanorum ventriculus illum omnino ferre non posset; hujus etiam mentionem facit Hippocrates (de victus ratione Lib. II. pag. 356.)

Quod vero ad parandi methodum attinet, distinguit Galenus

1°. ἄρτον κλιβανίτην. i. e. testu assatum, omnibus aliis speciebus praeferendum, praecipue si ignis, ad quem parabatur, nec nimis ardens neque nimis remissus fuisset; laudatur et ab Hippocrate eodem loco.

2°. ἄρτον ἰπνίτην i. e. in furno coctum, κλιβανίτῃ inferiorem; memoratur ab Hippocrate ibidem; ille tamen a Dieuche (apud Oribasium Collect. Medic. Lib. IV. cap. 5) κλιβανίτῃ praefertur.

©BIU Santé



3°. *ἄρτον ἐσχαρίτην*, panis in foco aut craticula assatus, qui nunc sequitur, memoratur ab Hippocrate ibidem.

4°. *ἄρτον τῷ τῆς ἑστίας ὀστράκῳ ὀπτηθέντα* i. e. panis qui super foci pavimento assabatur; *ἐσχαρίτῃ* erat aequiparandus.

5°. *ἄρτον ἐγκρυφίην* i. e. panem sub cineribus assatum, omnibus aliis speciebus postponendum, quem etiam memorat Hippocrates l. l. multisque aliis in locis. Teste Erotiano (ad vocem) parabatur ex aqua, palmulis pinguibus et farina.

Praeter has species autem Hippocrates etiam loquitur de

1°. *ἄρτῳ διπυρίτῃ* (pane bis ignem experto) (Lib. de internis affect. pag. 546), quem memorat etiam Oribasius (Collect. Medic. Lib. I. cap. 9).

2°. *ἄρτῳ ἐξόπτῳ* (pane exassato) (ibid. pag. 542 multisque aliis in locis).

3°. de *ἄρτῳ ὀβελιαίῳ* vel *ὀβελίᾳ* (pane veru tosto vel assato) (Lib. II. de victus ratione pag. 356.)

4°. *ἄρτῳ πυρῶν σιτανίων τῷ χύλῳ τῶν πιτύρων ἐζυμωμένῳ* (pane ex sitanio tritico furfurum succo fermentato) (de victus ratione Lib. III. pag. 374.)

Porro Galenus l. l. cap. 5 agit de

*ἄρτῳ πλυτῷ* (pane loto) qui cum lacte parabatur et in aqua supernatabat.

Praeter triticum autem antiqui ad panificia adhibebant hordeum, tipham, olyram et zeiam vel zeam; omnes tamen eo consentiunt, quod panis triticeus omnibus aliis speciebus praestabat, secundum vero locum occupabat panis hordeaceus.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 168 sur 214

©BIU Santé



Hordei autem jam Hippocrati tres species cognitae erant: κριθὴ sine cognomine, quae Cl. Dierbach (l. l. pag. 9) esse videtur Hordeum vulgare Linn.; κριθὴ τριμηνιαῖος, quae eidem viro Cl. (l. l.) esse videtur Hordeum distichum Linnei; loquitur autem de illa specie Hippocrates de morbis mulierum Lib. I. pag. 608; κριθὴ ἀχιλληΐς, quam memorat Hippocrates Lib. III. de morbis pag. 496, quaeque Cl. Dierbach videtur esse Hordeum Hexastichon Linn., Cl. Sprengel vero (Theophrast's Naturgeschichte der Gewächse II. 304) Hordeum nigrum Willd; ab Oribasio tamen (Collect. Medic. Lib. I. cap. 11) duae solummodo hordei species enumerantur; ex hordeo autem eaedem fere diversae panis species conficiebantur ac e tritico (Galenus l. l. cap. 10).

Quod ad tipham, olyram et zeam attinet, non multum a se invicem differre videntur, quoniam auctores, qui de alimentis scripserunt ante Galenum, ut Diocles et Mnesitheus illas inter se confudisse videntur, uti ipse testatur (l. l. cap. 13); ipse tamen hoc discrimen inter illa adesse statuit, quod zea olyrae praestat, olyra vero tiphae; hinc fortasse Cl. Dierbach (l. l. pag. 16) et olyram et zeam originem petere putat a Tritico Spelta Linn. vel saltem a specie ab hac non multum differente; de Tipha autem ne mentionem quidem facit; de hac tamen idem videtur esse dicendum. Praeter haec semina autem Galenus eodem loco quoque memorat ζεόπυρον, unde in Bithynia et γυμνόκριθον, unde in Cappadocia panem conficiebant; quae vero fuerint

©BIU Santé



haec semina, plane ignoro. Hic locus mihi maxime idoneus videtur, ut loquar

De ἄρτῳ χονδρίτῃ, quem memorat Hippocrates (Lib. de victus ratione pag. 350). Erat autem panis, qui conficiebatur e χόνδρου (alica) i. e. (teste Foësio Oecon. Hippocr. ad vocem), »id, quod ex zea de»corticata et in grana plura contusa, leguminis loco »cum jusculis coctum editur." Parabatur tamen alica nonnumquam etiam ex aliis seminum speciebus, uti patet ex Galeno (l. l. cap. 6) et Oribasio Collect. Medic. Lib. IV. cap. 1., ubi de proprietatibus et de confectione alicae agitur.

Tandem teste Galeno (l. l. cap. 14 et 15) in annonae caritate vel seminum supra enumeratorum penuria e βρόμου (avena) κέγχρου (milio) et ἐλύμου (panico) panis conficiebatur, ita tamen ut ex his tribus panis speciebus panis ex avena esset optimus, e panico vero vilissimus.

De βρόμῳ Cl. Dierbach (l. l. pag. 17) adhuc dubitat, num fuerit Avena sativa Linn. necne; illa saltem species, de qua agit Theophrastus, a Cl. Sprengel (l. l. II. pag. 303) habetur Avena Orientalis Schreber. Liceat autem mihi hic observare Plinium, quod ad panem ex avena paratum, a Galeno longe differre videri (Nat. Hist. Lib. XXII. cap. 25), nam de hoc pane loquens, »Panis hic ipse, inquit, innumeras pene continet medicinas."

Teste Cl. Dierbach (l. l. pag. 18) κέγχρος ex vulgari sententia habetur semen Panici miliacei Linn. ipseque etiam hanc opinionem fovit, donec sibi oc-

©BIU Santé



currisset ingenio cultus quidam Graecus, qui forte fortuna sibi oblata planta ex specie Sorghum vulgare Persoon vel Holcus Sorgha Linn. statim: » Haec est *κέγχρος*, inquit, » qui frequenter colitur in insulis Archipelagi.''

*Ἔλυμος* denique erant semina Panici Italici Linn.

De vino antiquorum ejusque proprietatibus, uti et de vitium cultura, conf. Plinius Nat. Hist. Lib. XIV. cap. 1—19. Oribasius Collect. Medic. Lib. V. cap. 6 et 7, quorum ille ex deperdito quodam Galeni libro est desumtum et Paulus Aegin. Lib. I. cap. 95.

De carne variorum animalium eorumque visceribus conf. Galeni de alimentorum facult. Lib. III. cap. 2 et sqq. Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 28 et sqq. et Paulus Aegin. Lib. I. cap. 84 et sqq.

Ibid. lin. 6. *ῥαφανίδων*. *Ῥαφανίδες* erant radices Raphani sativi Linn., quae Latine dicebantur radiculae vel raphani. De harum proprietatibus et viribus autem conf. Theophrastus Lib. VII. Hist. Plant. cap. 9, ubi quatuor distinguit species, Corinthium, Cleonaeum, Liothalassum et Boeoticum, Dioscorides Lib. II. cap. 187 et 188, ubi seorsum agit de *ῥαφανίδι ἀγρίῳ*, *ἣν Ῥωμαῖον ἀρμορακίαν καλοῦσι*, de quo etiam agunt sequentes auctores, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 17. § 2. Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1. Euporist Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 171 sur 214

©BIU Santé



Ex accurata autem diaetae definitione, quam in fine hujus § legimus, jam satis tuto concludere potuissemus, Megetem scholae methodicae fuisse asseclam, si illud nobis ex aliorum auctorum testimoniis, nondum cognitum fuisset.

Ibid. 2. lin. 2. δραχμαὶ. lin. 3. ὀβολοὶ. Antiqui fere eadem ac nos pondera adhibebant vel certe eodem modo illa dividebant; nonnulla tamen pondera ab illis enumerantur, quae hodie non amplius in usu sunt (Galenus de ponderibus ac mensuris Lib. cap. 3 et 11. Paulus Aegin. Lib VII. cap. 25). Hi auctores enim unciam dicunt duodecimam librae partem, drachmam vel holcam octavam unciae partem, scrupulum (γράμμα) quartam drachmae partem, obolum dimidium scrupulum, siliquam (κεράτιον) tertiam oboli partem vel secundum alios decimam octavam drachmae, granum (Graece σιτάριον) quartam siliquae partem, areolum (χαλκὸν) octavam oboli partem. Unicus locus, e quo aliquo modo, licet tamen non valde accurate, concludere possumus, an his nominibus idem pondus designarent, ac hodierni, est Q. Rhemnii Fannii Palaemonis de ponderibus ac mensuris Carminis vs. 10 et sqq.

Semina sex alii siliquis latitantia curvis
Attribuunt scrupulo, lentis veraciter octo,
Aut totidem speltas numerant, tristesve lupinos
Bis duo:

Non tamen semper idem horum seminum pondus fuisse videtur, uti ipse addit Fannius vss. sqq.

sed si par generatim his pondus inesset,

©BIU Santé



Servarent eadem diversae pondera gentes:
Nunc variant. Etenim cuncta non foedere certo
Naturae, sed lege valent hominumque repertis.

Ibid. lin. 3. θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ. Erat Gummi ex quadam ferulae specie, quae ab antiquis ἀγασυλλὶς dicebatur, quae vero a recentioribus vulgo habetur Ferula Orientalis Linn. (Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 200). Dioscorides (Lib. III. cap. 98) et Oribasius (Collect. Medic. Lib. XI) duas distinguunt species θραῦσμα vel purum et φυρᾶμα, quod lapillis erat permixtum. De ejus viribus autem conf. Dioscorides l. l. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 1. § 37. Oribasius l. l. Synops. Lib. II. cap. 56 et Euporist Lib. II. cap. 1. Aëtius Tetrab. I. I. et Paul Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 5. κόμμι. Κόμμι, inquit Galenus, (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 40) δάκρυόν ἐστιν ἐπιπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι τῶν γεννώντων αὐτὸ δένδρων. Plinius autem (Nat. Hist. Lib. XIII. cap. 11) optimum peti dicit ex Spina Aegyptiaca. De gummi viribus et proprietatibus autem conf. Galenus l. l. Plinius l. l. uti et Lib. XXIV. cap. 11. Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1. Aetius Tetrab. I. I. et I. II. cap. 196 et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 9. ὅσα ψύχειν δύναται. Remedia refrigerantia varia enumerata inveniuntur apud Oribasium Synops. Lib. I. cap. 7—11 et Collect. Medic. Lib. XIV. cap. 19—22.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 173 sur 214

©BIU Santé



Ibid. lin. 12. *πάπυρον*. *Πάπυρος* erat Cyperus Papyrus Linn., ex cujus foliis chartam conficiebant antiqui; de illa autem, uti et de ejus viribus medicis egerunt Theophrastus Hist. Plant. Lib. IV. cap. 9. Dioscorides Lib. I. cap. 115. Plinius Nat. Hist. Lib. XIII. cap. 4 et Lib. XXIV. cap. 12. Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 16. § 3. Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. 3. lin. 1. *σκίλλα*. *Σκίλλα* est medicamentum usitatissimum e bulbis Scillae maritimae Linn.; de illo autem conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. VI. cap. 11 et 12, Dioscorides Lib. II. cap. 202. Plinius Nat. Hist. Lib. XX. cap. 9, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 18. § 23, Oribasius Collect. Medic. Lib. X. cap. 13. et Lib. XII, Euporist. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3. Ex hoc medicamento autem parabant acetum squilliticum, de cujus confectione et usu egerunt Dioscorides Lib. V. cap. 25, Oribasius Collect. Medic. Lib. V. cap. 25, Actuarius de meth. med. Lib. V. cap. 7 et Nicolaüs Myreps. de composit. medic. Sect. XXXVII. cap. 13, uti et vinum squilliticum, quod memorant Dioscorides Lib. V. cap. 26 et Actuarius l. l. Lib. V. cap. 7.

Ibid. *τιλτὸν*. Quid auctor sibi velit hac voce, mihi non satis dilucide patet: verisimile tamen mihi videtur *τίλτον ἐνεψεθεῖσα* significare: adeo vehementer vel diu cocta, ut inde squillae tunicae divellantur.

©BIU Santé



Ibid. lin. 2. κονίᾳ. Vulgo quidem apud antiquos auctores medicos vox κονία significat lixivium, i. e. ut Galeni verbis (De simpl. medic. temper. ac facult Lib. VII. cap. 10. § 41) utar: τὸ οἷον περίπλυμα τῆς τέφρας, de quo conf. Galenus l. l., Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1 et Euporist. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3; hujus autem lixivii variae erant species, inter quas usitatissima fuisse videtur κονία τῆς συκῆς (lixivium ficulnum), quod parabatur ex cinere ficuum et τιθυμάλλων (teste Cl. Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 141. Euphorbia Characias Linn.), de quo egerunt Dioscorides Lib. I. cap. 186, Galenus l. l., Oribasius Collect. Medic. Lib. XIV. cap. 23. et Paulus Aegin. l. l.; hicce auctor (Lib. III. cap. 2 et Lib. V. cap. 56) adhuc memorat κονίαν πιλοποιϊκὴν (lixivium pileatorium), de cujus confectione tamen nihil refert et Lib. VII. cap. 3 κονίαν πρωτόστακτον, cui etiom calx admixta erat quodque praecipue in Clysteribus adhibebatur. Verum enimvero si vox κονίᾳ hic vertatur voce *lixivio*, vix aliquem sensum habere videntur verba: ᾗ χρῶνται οἱ τοὺς πηλοὺς ἐργαζόμενοι; possint quidem ita explicari, ut κονία partem constitueret materiae, qua intus vasa fictilia obducebant figui (ὁ τ. π. ἐ.), quo melius restiterent rebus acribus, quae in illis coqui vel torreri continerive deberent (*verglazen*), sed haudquaquam constat, antiquos figulos vasa fictilia tali materia obduxisse; Plinius certe (Nat. Hist. Lib. XXXV. cap. 12), ubi de fi-

©BIU Santé



gulis eorumque arte agit, talis materiae ne mentionem quidem facit. Hanc ob causam vocem *κονίᾳ* verti *pulvere* et *κονίαν* habui vel quandam terrae speciem, qua utebantur figuli ad vasa fictilia conficienda, vel materiem aut pulverem quemdam, quo obducebantur muri ex luto exstructi, quale parietum integumentum etiam ab Hippocrate (Epidem. Lib. VII. pag. 1212) dicitur *κονίημα*.

Pag. 76. lin. 7. *τοῖς σηπτοῖς φαρμάκοις* et lin. 8. *τοῖς καυστικοῖς*. De his medicamentis egit Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. V. cap. 15, quem exscripsit Oribasius Collect. Medic. Lib. XIV. cap. 57. Multa autem hujusmodi medicamenta enumerantur a Celso Lib. V. cap. 8, Oribasio Synopsis Lib. II. cap. 44 et 48 et Aëtio Tetrab. IV. I. cap. 52.

Ibid. lin. 9. *σεπτὸν*. Hic pro *σεπτὸν* legi *σηπτὸν*.

Ibid. *τρύχας*. Haud dubie pro *τρύχας* hic legendum esse videtur *τρίχας*.

Ibid. *ἀλίσχοινον*. Quoniam, quantum scio, haec vox apud nullum alium auctorem occurrit, vocem *ἀλίσχοινον* hoc loco mutavi in *ὁλόσχοινον*, quem inter species junci recensent Plinius Nat. Hist. Lib. XX. cap. 18, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 18. § 50, Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3, dum illud etiam ad apparatum piscatorium pertinere dicit Aelianus (Nat. Anim. Lib. XII. cap. 43), licet a Theophrasto (Hist. Plant. Lib. IV. cap. 13) et Dioscori-

©BIU Santé



de (Lib. I. cap. 16), ubi varias enumerant junci species, illius nulla fiat mentio, nisi hic alio nomine eadem planta indicetur.

De curandis fistulis autem ope medicaminum deque medicamentis huic rei accommodatis conf. Galenus de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. 10, Celsus Lib. V. cap. 28. § 12, Oribasins Synops. Lib. VII. cap. 30 et Euporist. Lib. IV. cap. 45. Aëtius Tetrab IV. II. cap. 55 et Paulus Aegin. Lib. IV. cap. 49.

Ibid. lin. 13. τὸ δὲ λινὸν ἐπιτήδειον. cet. De fistulis ani ope laquei curandis conferri merentur Hippocratis Lib. de fistulis et Paul. Aegin. Lib. VI. cap. 88.

Ibid. Not. (1) lin. 1. *Κύαρ* cet. Haec adnotatio verisimiliter ideo conscripta est, quod vox *κύαρ* eo tempore, quo vixit ejus auctor, jam erat obsoleta; Heychius saltem etiam (Tom. II. pag. 203) hujus vocis affert explicationem, quae eodem fere redit. Erat autem haud dubie Helladius Grammaticus alteruter eorum, quos citat Photius in Biblioth. quorumque antiquior erat

Helladius Besantinoüs Aegyptius, qui, Licinio et Maximiano regnantibus, floruit et de quo agit Photius l. l. Cod. 279, ubi ex ejus χρηστομαθειῶν excerpta leguntur quatuor, quae Latine versa et notis illustrata a Jo. Meursio edita sunt Trajecti 1686. 4° et recusa Tom. X. Antiquit. Graecarum Gronovian. (Fabrit. Biblioth. Graeca Tom. VII. pag. 62.)

Recentior autem erat Helladius Alexandrinus, The-

©BIU Santé



odosii junioris temporibus clarus, cujus λεξέως παντοίας χρῆσιν κατὰ στοιχεῖον memorat Photius l. l. Cod. 145 et Suidas (Tom. I. pag. 707).

Ibid. τὸ τῆς βελόνης τρύπημα, ὡς Ελλάδιος, ὁ τὴν πολλὴν χρῆσιν συναγαγεῖν δείκνυσιν. Hic pro ὁ legi ὅ.

Ibid. 4. lin. 4. κοχλίου ῥινοθήτῳ. Hic pro ῥινοθήτῳ legendum esse putavi ῥινοθήτου, quia hoc adjectivum mihi pertinere videbatur ad vocem κοχλίου atque κόχλιον ῥινόθητον habui instrumentum quiddam, licet illud apud nullum alium auctorem, quantum scio, occurrat, neque ergo aliquid de ejus forma vel usu referre possim. Verti autem vocibus Latinis *concha nasum tuente*, quia vox ῥινόθητος mihi a nullis aliis vocibus melius derivari posse videbatur quam a ῥὶς et ὀθέω.

Pag. 78. 5. lin. 9. ταῦτα. Hic pro ταῦτα mihi legendum esse videtur ταὐτά.

Pag. 80. XVI. in tit. *Αρχιγένους*. Archigenes erat medicus per totam antiquitatem celeberrimus, natione Syrus Apameënsis (Gal. Isagoge cap. 4) Philippi filius, discipulus Agathini atque Romae medicinam exercuit, Trajano regnante, (Suidas Tom. I. pag. 345); sectae pneumaticae erat adsecla (Galenus de diff. puls. Lib. III. cap. 1 et IV. cap. 11). Hicce auctor a Galeno dicitur obscurus, in verbis novator et in definiendo nimis subtilis, ita ut ipse eum nonnumquam intelligere vix posset (de diff. puls. Lib. II. cap. 4 et 7 et Lib. IV. cap. 1); negligentius medicamenta describere solebat (de me-

©BIU Santé



dic. composit. sec. loc. Lib. II. cap. 1), multa tamen reliquit *ἀξιόλογα συγγράμματα* (Galenus ibid.). Ejus scripta omnia fere interierunt, exceptis solummodo duobus libris, qui in collect. veter. chirurg. Nicetae servantur, nempe:

1°. *περὶ ὑποδραμόντος αἵματος περὶ τῆς τῶν ῥαφῶν διαστάσεως* et

2°. *περὶ ἀφαιρεθησομένων μερῶν.*

Citantur praeterea in Galeni operibus

3°. *περὶ ἑλλεβόρου χρήσεως* Lib. I. (Comment. I. in Hippocr. Lib. de humoribus.)

4°.) *περὶ καστορίου χρήσεως* Lib. I. (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. XI. cap. 1. § 15).

5°. Lib. *ἔνθα δίδασκει μνήμης βεβλαμμένης ἀνάκτησιν* (de locis affectis Lib. III. cap. 5.)

6°. *ἐπιστολικὰ βιβλία* XI. (ibidem).

7°. *βίβλια τῶν χρονίων παθογνομονικῶν* (de locis affect. Lib. III. cap. 12.)

8°. *περὶ πεπονθότων τόπων* Lib. III. (de locis affectis Lib. III. cap. 1.)

9°. *περὶ τῶν πυρετῶν σημειώσεως* Lib. X. (Lib. II. de crisibus cap. 8.)

10°. *περὶ ἐννοίας τοῦ πυρετοῦ* Lib. I. (ibidem.)

11°. *ἓν μέγα βίβλιον περὶ σφυγμῶν*, in quod Galenus commentarium scripsit hodie deperditum (de diff. puls. Lib. IV. cap. 1 et 11.)

12°. *περὶ τῶν κατὰ γένος φαρμάκων* Lib. II. (de medic. composit. sec. loc. Lib. V. cap. 1 et Lib. VIII. cap. I.)

13°. Teste Fabritio (Biblioth. Graeca Tom. XII.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 179 sur 214

©BIU Santé



pag. 780) adhuc MS. exstat Archigenis et Philagrii de calculis in renibus cum remediis ad calculosos.

Ibid. γαγγραινῶν. Γαγγραίνα (Definit. med. N°. 436) dicitur ματαβολὴ τοῦ χρωτὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάστου ἐπὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ νέκρωσις μεθ' ἑλκώσεως, καὶ δίχα ἑλκώσεως. Lib. de tumoribus praeter naturam ver o cap. 8 Galenus illam magnis inflammationibus accedere dicit; Comment. autem IV. in Hippocr. Lib. de articulis mediam affectionem inter magnam inflammationem et σφάκελον; Lib. de tumoribus praeter nat. cap. 11 illud discrimen inter sphacelum et gangraenam statuit, quod sphacelus ad ossa penetrat, gangraena vero non, licet Hippocr. (Libr. de artic. pag. 828) dicat: ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἱκνέεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. Actuarius vero (de meth. med. Lib. II. cap. 12) sequenti modo differre gangraenam et sphacelum dicit: »Appellamus autem γαγγραίναν alicujus partis ob in»flammationis, qua conflictatur, magnitudinem, »mortificationem, non quae jam confirmata sit, »sed quae etiamnum fiat; nam quum jam pars »emortua est, sideratio et σφάκελος Graecis affectus »nominatur, qui est gangraenae terminus." De gangraena autem ejusque cura, quae ab omnibus auctoribus, uti et hic ab Archigene, valde dicitur difficilis, conf. Galenus de tumor. praeter nat. Lib. cap. 8. Comment. IV. in Hippocr. Lib. de artic. et Comment. in Hippocr. Aphorism. 50. sect. VII, Celsus Lib. V. cap. 26. § 34, Oribasius Synops. Lib. VII. cap. 27, Paul. Aegin. Lib. IV. cap. 19 et Actuarius l. l.

©BIU Santé



Ibid. 2. lin. 2. Ὡς ἐν τοιαύτῃ οὖν διαθέσει τὴν ἔμφασιν ἀπολείπουσαν πόσης σωτηρίας ἐκληπτέον ὅσον τὴν ἐπιφάνειαν ἐν νεωτέρῳ σώματι καὶ μὴ γηραλαίῳ. Nisi haec verba valde sint corrupta, haud dubie de iis valet effatum Galeni de ratione dicendi Archigenis, quod supra attulimus (adnot. ad vocem Ἀρχὴν); si tamen πόσης mutemus in ποσῆς, ante vocem ἐπιφάνειαν inseramus particulam οὐ, si porro vocem ὅσον consideremus tamquam adverbium et in fine subintelligamus vocem πέπληγε, vel similem quandam, sensus, ut mihi videtur, multo fit clarior; eo modo certe confeci versionem meam horum verborum.

Ibid. lin. 4. καὶ τὴν ἐν σαρκώδεσιν . . . δύσκολος. Hic pro δύσκολος legendum esse putavi δύσκολον atque subintelligendam vocem θεραπεύεσθαι vel similem quandam, nisi particula τὴν mutanda sit in ἡ.

Pag. 82. ἐν ταῖς κατασχέσεσιν. Quid sibi velit auctor hisce verbis, nondum mihi satis dilucide patet; habui illa explicationem verborum τὸ μηδὲν αἷμα ῥεῖν, ita ut aliquo modo redundare videantur.

Ibid. lin. 12. ἁλὶ λέπτῳ καὶ ἐλαίῳ. Sal (sal culinare, murias sodae) antiquorum erat vel fossile vel petebatur ex lacubus salinis, in nonnullis regionibus obviis (Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. XI. cap. 2. § 4 et Plinius Nat. Hist. Lib. XXXI. cap. 7) vel etiam a nonnullis fluminibus, teste Plinio l. l., uti Oxo et Ocho in Bactria advehebatur; de eo autem ejusque usu conf. Dioscorides Lib. V. cap. 126—129, ubi seorsum agit de ἁλὸς ἄχνῃ, de ἅλμῃ et de ἁλὸς ἄνθους, Plinius

©BIU Santé



l. l. et cap. 9, Galenus l. l. Lib. IV. cap. 21. Lib. IX. cap. 3. § 2. et Lib. XI. cap. 2. § 4—8 (§ 5. autem agit de ἁλῶν κεκαυμένων), Oribasius Collect. Med. Lib. XV. cap. 1, Euporist. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. II. cap. 43—46 et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ἔλαιον erat oleum ex fructibus Oleae Europaeae Linn., cujus tres species distinguit Plinius (Nat. Hist. Lib. XV. cap. 1) orchiten, radion et pausiam; olei vero ipsius Galenus tamquam singulares species enumerat ὠμότριβες et ὀμφάκινον, quae verisimiliter ex olivis immaturis parabantur. De oleo autem olivisque, uti et de amurca atque in universum de olea legantur Theophrastus de Caus. Plant. Lib. I. cap. 23 et Lib. VI. cap. 11 et 12 multisque aliis in locis, Dioscorides Lib. I. cap. 29—32, 134 et 138—140, Plinius l. l. cap. 1—8 et Lib. XXIII. cap. 3, Galenus l. l. Lib. VI. cap. 5. § 4, Oribasius et Paulus Aegin. l. l. et Aëtius Tetrab. I. I. De usu vero diaetetico olivarum conf. Plinius l. l., Galenus de alim. facult. Lib. II. cap. 27, ubi etiam mentio fit ἐλαίων δρυοπετῶν, ἁλμάδων et κολυμβάδων, Oribasius Medic. Collect. Lib. I. cap. 54 et Lib. II. cap. 49, ubi distinguit inter olivas albas et nigras et Paul. Aegin. Lib. I. cap. 82.

Ibid. lin. 4. ῥαφάνου. Ῥάφανος est vetus nomen Atticum brassicae; semper enim eo utitur Theophrastus (Hist. Plant. Lib. VII. cap. 4. multisque aliis in locis); distinguit hoc loco tres species: λειόφυλλον, οὐ λειόφυλλον et ἀγρίαν; Galenus vero (de

©BIU Santé



alim. facult. Lib. II. cap. 44.) Athenienses ante sexcentos annos brassicam ῥάφανον vocasse refert, suo tempore vero illam dici κράμβην. Hoc olus autem ab omnibus fere antiquis maximis laudibus celebratur; sic Chrysippus (teste Plinio Nat. Hist. Lib. XIX. cap. 8) integrum librum de illo conscripsit, mirasque ejus laudes canit Porcius Cato, qui jam tres ejus species noverat, quibus multas adhuc addit Plinius, quae tamen omnia solummodo varietates esse videntur Brassicae oleraceae Linn. Praeter brassicam tamen esculentam antiqui etiam loquuntur de brassica sylvestri et de brassica marina, quarum utilitas solummodo erat therapeutica et Dioscorides Lib. IV. cap. 81 et 192, ubi illam etiam κυνόμορον, κυνάγχον, κυνίαν et λινόζωστιν ἀγρίαν ἄῤῥενα vocari dicit, Plinius Nat. Hist. Lib. XXXII. cap. 5, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 1. § 53; Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3. praeterea agunt de ἀποκύνῳ sive κυνοκράμβῃ (brassica canina), quae et hominibus et canibus erat venenum. De omnium specierum usu autem cum diaetetico tum therapeutico, uti et de brassicae cultura conf. Theophrastus l. l., Dioscorides Lib. I. cap. 146—148, Galenus l. l. et de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 48—50, Plinius l. l. et Lib. XX. cap. 9, Oribasius l. l. et Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. l. l. et Lib. I. cap. 74.

Ibid. αἰρίνῳ ἀλεύρῳ ἢ θερμίνῳ ἀλεύρῳ. Αἶρα erat

©BIU Santé



Lolium temulentum Linn., de quo conferri merentur Theophrastus Hist. Plant. Lib. VIII. cap. 7, Dioscorides Lib. II. cap. 122, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 1. § 10, Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1 et Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

*Θέρμος* erat Lupinus pilosus (Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 38), de cujus proprietatibus et usu cum diaetetico tum therapeutico conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. VIII. cap. 11. Dioscorides Lib. II. cap. 132 et 133, ubi seorsum agit de *θέρμῳ ἀγρίῳ*, Plinius Nat. Hist. Lib. XVIII. cap. 14. Galenus l. l. Lib. VI. cap. 8. § 3 et 4 et de alim. facult. Lib. I. cap. 23, Oribasius l. l. et Collect. Medic. Lib. I. cap. 21, Aëtius l. l. et Paul. Aegin. l. l. et Lib. I. cap. 79.

Nomen *ἄλευρον* autem in universum adhibebatur de farina tenuiori, farina crassiori *κρίμνῳ* dicta. (Galenus Exeg. verb. Hippocr. ad vocem *ἄλφιτα*.)

Ibid. lin. 15. *νίτρου ἀφροῦ*. *Νίτρον* vel *λίτρον* veterum est Natrum nativum (Dierbach die Arzneim. des Hippokr. pag. 240), quod petebatur e lacubus nitrosis in variis regionibus obviis, ut refert Plinius (Nat. Hist. Lib. XXXI. cap. 10), ubi varias nitri enumerat species; tenuissima autem nitri pars dicebatur *ἀφρὸς νίτρου*; Galenus tamen (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 3. § 5) praeterea distinguit inter *ἀφρόνιτρον* et *ἀφρόλιτρον*, quorum illud farinae triticeae simile, hoc vero con-

©BIU Santé



gelatum et coactum dicit. De nitro autem et de spuma nitri conf. Dioscorides Lib. V. cap. 131 et 132, Plinius l. l. et Lib. XXXVI. cap. 26, Galenus l. l. Lib. IX. cap. 3. § 5 et 18 et Lib. XI. cap. 2. § 6, Oribasius Synops. Lib. II. cap. 56, Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1., Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. II. cap. 49, 50 et 61 et Paul. Aegin. Lib. VII. Cap. 3.

Ibid. lin. 17. *πύρινον.* De usu tritici diaetetico jam diximus in adnot. ad vocem *ἄρτον.* De ejus usu therapeutico vero, uti et de cultura conf. Theophrastus Hist. Plant. per totum Lib. VIII., qui de frumentaceis et leguminosis agit, Caus. Plant. Lib. III. cap. 26 multisque aliis in locis, Dioscorides Lib. II. cap. 107, Plinius Nat. Hist. Lib. XVIII. cap. 10. et Lib. XXII. cap. 25, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 16. § 42, Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1., Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 18. *δαφνίσι.* *Δαφνίδες* erant fructus Lauri nobilis Linn. Hujus plantae autem Theophrastus variis in locis et Dioscorides Lib. II. cap. 106. praeter vulgarem speciem etiam distinguit *δάφνην Ἀλεξανδρείαν*, quae dicebatur et *Ἰδαία* vel *ὑπόγλωττος* vel *ζάλειαν* vel *στεφάνην*; Plinius vero (Lib. XV. cap. 30) praeter has undecim adhuc enumerat species, quarum singulis vulgo plura erant nomina. In universum autem de hac planta ejusque usu medico conf. Dioscorides et Plinius l. l., Gale-

©BIU Santé



nus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 4. § 4, Oribasius Collect. Medic. Lib. XI., Eupor. Lib. II. cap. 1., Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. σφραγὶς. Σφραγὶς vel σφραγὶς αἰγὸς (testibus Discoride Lib. V. cap. 113 et Galeno de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 1. § 2) erat species terrae in insula Lemno obvia, quae inde nomen petebat, quod sacerdotes illi sigillum Dianae imprimebant illamque sic in alias regiones mittebant; dicebatur autem et γῆ Λημνία et μίλτος Λημνία ob colorem rubrum, qui secundum Dioscoridem l. l. oriebatur a sanguine hircino, qui huic terrae admiscebatur a sacerdotibus, quod cum referret Galenus (l. l.) in ipsa insula Lemno degens, omnes adstantes incolae illum irriserunt. De hujus terrae parandi ratione et virtutibus autem conf. Theophrastus Lib. de lapidibus pag. 399 (ed. Heinsii Lugd. Bat. 1613 fol.), Dioscorides et Galenus l. l., Oribasius Collect. Med. Lib. XV. cap. 1., Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. II. cap. 4 et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3. Aderant praeterea varia medicamenta composita, quae et σφραγῖδες dicebantur, fortasse ob similem agendi rationem: sic Celsus Lib. V. cap. 20. § 2. citat sphragidem Polyidae, cap. 26. § 23. sphragidem Polybi et Marcellus Lib. de medicam. cap. 8. sphragidem Antigoni, Paulus Aegin. vero (Lib. VII. cap. 12) et Actuarius (de meth. med. Lib. VI. cap. 5) describunt sphragidem quamdam omisso nomine auctoris.

©BIU Santé



Ibid. lin. 19. *οἰσυπηρῶν* et lin. 21. *οὖρον*. *Οἰσυπηρὰ* erat lana succida vel lana non depurata, cui omnes ovium sordes adhuc adhaerebant, quod medicamentum a multis veteribus quam maxime laudatur. Egerunt autem de illa Dioscorides Lib. II. cap. 84, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. XI. cap. 1. § 29, Oribasius Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. II. cap. 159 et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Quemadmodum stercus variorum animalium, sic etiam urinam tamquam medicamentum adhibebant veteres, de cujus viribus conf. Dioscorides Lib. II. cap. 99, Galenus l. l. Lib. X. cap. 2. § 15 et Paulus Aegin. l. l.

Ibid. *ἢ πράσου ἢ ἀγριελαίων ἢ βάτου ἢ κορίου*. *Πράσον* erat Allium Porrum Linn., de cujus virtutibus cum diaeteticis tum therapeuticis conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. VII. cap. 1 et 2, Dioscorides Lib. II. cap. 179, Plinius Nat. Hist. Lib. XIX. cap. 7 et Lib. XX. cap. 6, ubi distinguit inter porrum sectivum et porrum capitatum, Galenus de alim. facult. Lib. II. cap. 71, ubi etiam agit de *ἀμπελοπράσῳ*, Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 27, Aëtius Tetrab. I. I, Paulus Aegin. Lib. I. cap. 76 et Lib. VII. cap. 3. et Actuarius de spirit. anim. nutrit. Lib. cap. 6.

*Ἀγριέλαιον*, qui dicebatur et *κότινος* vel *ἐλαία Αἰθιοπικὴ* erat oleaster vel olea sylvestris, de cujus viribus egerunt Theophrastus l. l. passim, Dioscori-

©BIU Santé



des Lib. I. cap. 137, Plinius l. l. Lib. XXIII. cap. 4 et Oribasius l. l. Lib. XI.

*Βάτος* erat verisimiliter Rubus Fruticosus Linn. (Dierbach die Arzneim. des Hippokr. pag. 44); tamquam alimentio solummodo fructu, tamquam medicamento vero fere omnibus hujus plantae partibus utebantur antiqui, uti patet ex Theophrasto Hist. Plant. variis in locis, Dioscoride Lib. IV. cap. 37 et 38, ubi seorsum agit de *βάτου Ἰδαίας*, Plinio Nat. Hist. Lib. XXIV. cap. 13 et 14, qui praeter *Ἰδαίαν* etiam duas alias rubi species recenset, Galeno de alim. facult. Lib. II. cap. 13. et de simplic. medic. temper. ac. facult. Lib. VI. cap. 2. § 4, Oribasius l. l. Lib. XI et Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius l. l. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

*Κόριον* vel *κορίαννον* erat Coriandrum sativum Linn., de quo conf. Theoprastus l. l. passim, Dioscorides Lib. III. cap. 71, Plinius l. l. Lib. XX. cap. 20, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 43, Oribasius Collect. Medic. Lib. XI, Lib. XIV. cap. 10, Lib. XV. cap. 1 et Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius et Paulus Aegin. l. l.

Ibid. 3. lin. 4. *φακός*. Hac voce vulgo apud veteres designatur lenticula palustris, dum *φακοί* in num. plurali significabant lentes (Ervum Lens Linn. vel Cicer Lens Willd). De horum vegetabilium proprietatibus cum diaeteticis tum therapeuticis autem conf. Theophrastus Hist Plant. variis in

©BIU Santé



locis, Dioscorides Lib. II. cap. 129, Plinius Nat. Hist. Lib. XXII. cap. 25, Galenus de alim. facult. Lib. I. cap. 18 et de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 21. § 1 et 2, Oribasius Collect. Medic. Lib. I. cap. 17 et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I, Paul. Aegin. Lib. I. cap. 79 et Lib. VII. cap. 3 et Actuarius de spir. anim. nutrit. Lib. cap. 5.

Ibid. lin. 5. *ῥοᾶς*. De usu malorum Punicorum tamquam medicamento jam egimus supra in adnot. ad vocem *σιδίων*, de eorum facultatibus autem tamquam alimenti egerunt Galenus de alim. facult. Lib. II. cap. 24 et Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 51.

Ibid. *λεπυχάνοις*. *Λεπύχανοι* erant tunicae detritae cepae (*κρομμύου*), cujus multas species enumerat Theophrastus Hist. Plant. Lib. I. cap. 10 et Plinius Nat. Hist. Lib. XIX. cap. 6, quae omnes tamen, uti videtur Cl. Dierbach (Die Arzneim. des Hippokr. pag. 103), oriebantur ab Allio Cepa Linn. (Cepa rotunda Dodonaei) vel ab Allio Fistuloso Linn. (Cepa oblonga C. Bauhini). Plura autem de hac planta ejusque utilitate cum inter medicamenta tum inter alimenta leguntur apud Theophrastum l. l. et Lib. I. cap. 10, uti et Caus. Plant. Lib. VI. cap. 18 multisque aliis in locis, Dioscoridem Lib. II. cap. 181, Plinium l. l., Galenum de alim. facult. Lib. II. cap. 71 et de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 10. § 58, Oribasium Collect. Medic.



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 189 sur 214

©BIU Santé



Lib. II. cap. 27 et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius l. l, Paulus Aegin. Lib. I. cap. 76 et Lib. VII. cap. 3. et Actuarius l. l. cap. 6.

Ibid. *μέλιτι.* De melle ejusque eximiis facultatibus, uti et de apibus conf. Theophrastus fragm. de melle pag. 475, Dioscorides Lib. II. cap. 101—103, Plinius Nat. Hist. Lib. XI. cap. 5—21 et Lib. XXII. cap. 24, Galenus de alim. facult. Lib. III. cap. 39, de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 12. § 9, Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 62 et 63 et Lib. XV. cap. 1, Aëtius l. l, Paul. Aegin. Lib. I. cap. 96 et Lib. VII. cap. 3 et Actuarius l. l. cap. 8.

Ibid. *ὀρόβου.* *Ὄροβοι* erant fructus Ervi Erviliae Linn. vel Viciae Erviliae Willd., quae, testibus Plinio (Nat. Hist. Lib. XVIII. cap. 15) et Galeno (de alim. facult. Lib. I. cap. 29), vulgo solummodo pecorum pabulo inserviebant, quibus tamen in annonae caritate etiam vescebantur homines, licet egregium essent medicamentum, quod fere brassicae aequiparabant; egerunt autem de illo Dioscorides Lib. II. cap. 131, Plinius l. l. et Lib. XXII. cap. 25, Galenus l. l. et de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 15. § 14, Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 26, Lib. IV. cap. 8 et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius l. l. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. *λεπυχάνοις λείοις σὺν μέλιτι ὀρόβου τε · ἀλεύρου ὁμοίως σκευασθέν.* Melius mihi visum est, colon,

©BIU Santé



quod hic pone τε invenitur, ante ὀρόβου transferre; posset tamen et loco remanere, quando ἄλευρον significabit farina triticea.

Ibid. lin. 6. πράσιον. A quonam specie Marrubii peteretur πράσιον antiquorum, non constat (Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 171). De eo autem ejusque proprietatibus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. VI. cap. 2, ubi duas ejus species distinguit, Dioscorides Lib. III. cap. 119, Plinius Nat. Hist. Lib. XX cap. 22, qui illud et linostrophon vel philopeda vel philochares dici refert, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 16. § 35, Oribasius Collect. Medic. Lib. XV. cap. 1, Epor. Lib. II. cap. 1, Aëtius et Paul. Aegin. l. l.

Pag. 84. lin. 1. σταφὶς. Σταφίδες erant uvae passae vel fructus siccatae Vitis viniferae Linn., de quibus fructibus eorumque viribus cum diaeteticis, tum therapeuticis egerunt Dioscorides Lib. V. cap. 4, Plinius Nat. Hist. Lib. XIV. cap. 1 et sqq. et Lib. XXIII. cap. 1, Galenus de alim. facult. Lib. II. cap. 10 et 11, Oribasius Collect. Medic. Lib. I. cap. 41 et 42 et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius l. l. et Paul. Aegin. Lib. I. cap. 81 et Lib. VII. cap. 3.

Ibid. μαλάγης ἀγρίας. Malva sylvestris verisimiliter erat eadem planta, quae et hodie adhuc dicitur Malva sylvestris Linn., malva vero sativa Malva rotundifolia Linn. (Dierbach l. l. pag. 73). Hac autem et inter medicamenta et inter alimenta ute-

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 191 sur 214

©BIU Santé



bantur antiqui; illius vero usus unice erat therapeuticus, quae omnia accuratius descripta leguntur apud Theophrastum Hist. Plant. variis in locis, Dioscoridem Lib. II. cap. 144, Plinium Lib. XX. cap. 21, Galenum de alim. facult. Lib. II. cap. 42 et de simplic. med. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 12. § 3, Oribasium Collect. Medic. Lib. II. cap. 1, Aëtium l. l. et Paul. Aegin. Lib. I. cap. 74 et Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 2. *μελικράτου*. De mulso at aqua mulsa eorumque proprietatibus conferri merentur Dioscorides Lib. V. cap. 16 et 17, Plinius Nat. Hist. Lib. XXII. cap. 24 et Alex. Trall. Lib. II. cap. 6.

Ibid. *ἀρνόγλωσσον*. Jam Dioscorides Lib. II. cap. 153 duas enumerat plantaginis species: majorem et minorem; narrat autem Plinius Nat. Hist. Lib. XXV. cap. 8, Themisonem hanc plantam omnium primum in medicina adhibuisse integrumque de illa librum conscripsisse. De illa autem ejusque viribus et proprietatibus conf. Theophrastus Hist. Plant. Lib. VII. cap. 11, ubi illam et *στελεφοῦρον* dicit, Dioscorides et Plinius l. l., Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VI. cap. 1. § 60, Oribasius Collect. Medic. Lib. XI et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I. et Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. lin. 3. *αἰγυπτία*. Verisimiliter hic subauditur vox *γῆ*; de *γῇ* enim *Αἰγυπτίᾳ* loquuntur etiam Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. IX. cap. 1. § 2, Oribasius Eupor. Lib. II. cap. 1

©BIU Santé



et Aëtius Tetrab. I. II. cap. 3. Videtur sane eadem esse ac *κύανος Αἰγύπτιος*, de quo agit Theophrastus Lib. de lapidibus pag. 399.

Ibid. lin. 5. *ταῖς πυοποιαῖς καὶ πληρωτικαῖς.* De hujusmodi medicaminum facultate egit Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. V. cap. 3, 6, 9 et 16; ea vero enumerata invenias apud Celsum Lib. V. cap. 4 et cap. 26. § 30, Scribonium Largum de composit. medic. cap. 216—219, Aretaeum de curat. acut. morb. Lib. I. cap. 7, Oribasium Colleet. Medic. Lib. XIV. cap. 37, Aëtium Tetrab. IV. II. cap. 34, Paul. Aegin. Lib. III. cap. 22 et Actuarium de meth. med. Lib. VI. cap. 9.

Ibid. lin. 7. *τοῖς ἀποκρουομένοις.* De his medicamentis egit Galenus l. l. cap. 17; enumerantur vero a Celso Lib. II. cap. 33, Scribonio Largo l. l. cap. 91 et 92, Oribasio Synopsis Lib. II. cap. 45, Aëtio Tetrab. I. II. cap. 230 et Paulo Aegin. Lib. IV. cap. 25.

Ibid. *ἀδήκτοις.* De his medicamentis conf. Galenus de medic. composit. sec. loc. Lib. IV. cap. I.

Ibid. XVII. in tit. *ἐρυσιπελάτων.* *Ἐρυσίπελας* (Definit. Med. N°. 383) dicitur *ἔρευθος μετὰ διαπύρου φλογώσεως, ἔσθ᾽ ὅτε πυρετὸν καὶ φρίκας ἐπιφέρων*, vel *ὄγκος ὀδυνηρὸς ἀπὸ χολώδους αἵματος ἔχων τὴν γένεσιν;* cum ultima autem definitione consentit Galenus de meth. med. ad Glauconem Lib. II. cap. I; de meth. med. vero Lib. XIV. cap. 1—3 et de tumoribus praeter naturam cap. 9 erysipelas a fluxione biliosa oriri dicit; ex Lib. autem de meth. med.

©BIU Santé



ad Glauconem l. l. et de meth. med. l. l., ubi discrimen describit inter ἐρυσίπελας et φλεγμονὴν satis patet, illum erysipelas dicere eundem morbum, qui et hodie hoc nomine indicatur; dicit enim, colorem erysipelatis esse flavum vel pallidum, inflammationis vero rubrum; erysipelas esse affectionem solius cutis, inflammationem vero pro maxima parte suppositarum cuti partium; in erysipelate pulsationem deesse, in inflammatione vero semper adesse; in erysipelate pressione ruborem evanescere, verum mox redire, in inflammatione vero haec non fieri; erysipelatis duas esse species cum ulceratione et sine ulceratione, inflammationem vero uniformem esse morbum. Iisdem in locis Galenus etiam distinguit affectiones inter erysipelas et inflammationem intermedias, quas dicit ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες vel φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδην vel ἐρυσίπελας καὶ φλεγμονὴν μεμιγμένα, quemadmodum et Lib. de tumoribus praeter naturam l. l., ubi agit de differentia inter erysipelas, herpetem, oedema et scirrhum, loquitur de σκίῤῥῳ φλεγμονώδει et de φλεγμονῇ σκιῤῥώδει, de οἰδήματι φλεγμονώδει, et de φλεγμονῇ οἰδηματώδει cet. Nomen tamen erysipelatis non unice de cutis affectione adhibitum fuisse, patet ex Aëtio Tetrab. II. II. cap. 26 et Paul. Aegin. Lib. III. cap. 7 de erysipelate cerebri; praeterea Paulus Aegin. Lib. III. cap. 46 etiam memorat erysipelas hepatis et Alex. Trall. Lib. V. cap. 2. erysipelas pulmonis et rursus (Definit. med. N°. 302) sermo est de erysipelate uteri. De erysipelate autem in universum legi me-

©BIU Santé



rentur Celsus Lib. V. cap. 26 § 31 et 33, Oribasius Synops. Lib. VII. cap. 32, Aëtius Tetrab. IV. II. cap. 59, Paulus Aegin. Lib. IV. cap. 17 et 21 et Actuarius de meth. med. Lib. II. cap. 12 et Lib. IV. cap. 16.

Ibid. lin. 3 *πυρετοί.* Quoniam omnes febris definitiones in libris veterum medicorum cum Graecorum tum Latinorum inde ab Hippocrate usque ad Actuarium obvias recensere omnesque febrium species ab illis enumeratas referre nimis longum foret (qui enim hanc materiem rite pertractare vellet, opus valde laboriosum nec brevi temporis spatio absolvendum suscepisset), unicam Galenicam febris definitionem Comment. ad Hippocr. Epidem. Lib. VI. Sect. 1 Aphor. 17, qui de discrimine febrium agit, inveniendam hic afferre sufficiat. Hic enim Galenus, *οὐσία δὲ πυρετῶν ἐστὶ*, inquit, *οὐ καθ' Ἱπποκράτην μόνον καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν κοινὴν πάντων ἀνθρώπων ἔννοιαν, ἡ παρὰ φύσιν θερμασία, μάλιστα μὲν εἰς ὅλον ἐκτεταμένη τὸ ζῶον· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως, ἤτοι γε ἐν τοῖς πλείστοις μορίοις, ἢ ἐν τοῖς κυριωτάτοις.*

Ibid. lin. 5. *δυσπνοίας.* Hanc vocem omnem respirandi difficultatem significare, jam indicat ipsa etymologia vocis, uti dicit Galenus (de respir. difficult. Lib. I. cap. 1) atque eo sensu de *δυσπνοίας* Lib. III. conscripsit Galenus, ubi in varias rationes inquirit, qua respiratio laedi possit harumque laesionum causas investigat omniaque, quae apud Hippocratem de hac re inveniuntur, colligit explicatque. Nonnumquam tamen arctiori sensu adhibetur haecce

*

©BIU Santé



vox atque aliquam asthmatis speciem significare videtur, uti patet ex Galeno de medic. compos. sec. loc. Lib. VII. cap. 6: *καλοῦσι δὲ οὕτως (τοὺς ἰδίως δυσπνοϊκοὺς ὀνομαζομένους) ὅσοις ἐμπέπλησται τὰ βρόγχια τοῦ πνεύμονος ὑγρῶν παχέων τε καὶ γλίσχρων*· De his dyspnoïcis autem egerunt Celsus Lib. IV. cap. 4. § 2, Aëtius Tetrab. II. IV. cap. 57, Paul. Aegin. Lib. III. cap. 29 et Actuarius de meth. med. Lib. I. cap. 17. Utramque autem significationem hujus vocis complectitur Definit. 262. auctor Definit. medic. *Δυσπνοϊκοὶ εἰσὶν, ἐφ' ὧν οἱονεὶ στενοχωρούμενον ἐκπνεῖται τὸ πνεῦμα καὶ εἰςπνεῖται. ἤ, δυσπνοία βλάβη τις ἀναπνοῆς ἐστιν.*

Ibid. *νυσταγμοῦ. Νυστάζειν* proprie significat nictitare, verum, quia somniculosi vulgo capite nictitare solent, saepius jam apud Hippocratem (e. g. de prisca medic. pag. 12. Epidem. Lib. VII. pag. 1215) *νυσταγμὸς* in universum somnolentiam indicat.

Ibid. *περιπνευμονίαν. Περιπνευμονία* vel *περιπλευμονία* vel *πλευμονὶς* (Hippocr. Lib. de intern. affect. pag. 533) ab antiquis, quemadmodum et hodie, dicebatur pulmonis inflammatio, uti patet ex Definit. med. N°. 259: *περιπνευμονία ἐστὶ φλεγμονὴ πνεύμονος μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ δυσπνοίας*, et Aretaeo de causis et signis acut. morb. Lib. II. cap 1; *ἥδε ἐστὶν, ἣν καλέομεν περιπνευμονίην, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος ξὺν ὀξέϊ πυρετῷ, εὖτε ξύνεστιν αὐτέοισι βάρος τοῦ θώρηκος, ἀπονίη, ἢν μοῦνος φλεγμήνῃ πνεύμων.* De hoc morbo autem egerunt Hippocrates multis in locis, quae collegit Foesius (Oecon. Hippocr. ad vocem *περιπνευμονία*), Celsus Lib. IV. cap. 7,

©BIU Santé



Caelius Aurel. Acut. Lib. II. cap. 26—29, Aretaeus l. l., Aëtius Tetrab. II. IV. cap. 66 et Paulus Aegin. Lib. III. cap. 30.

Ibid. XVIII. in tit. *Ἀπολλωνίου.* Varii fuerunt Apollonii medici, variis cognominibus distincti, de quibus tamen adeo pauca nobis cognita sunt, ut nemo adhuc eos recte in ordinem digerere vel determinare potuerit, quot fuerint, quo tempore quisque eorum vixerit, quid scripserit quidve ad universam rem medicam augendam vel emendendam contulerit. Licet hac ratione sane uni viro permulta cognomina tribuantur, in Apollonium tamen, qui scripsit *περὶ εὐπορίστων* et de quo hic etiam sermo esse videtur, mihi cognomina *βιβλᾶς*, Antiochenus (an pater vel filius, determinare non audeo), Pergamenus (uti enim dicit Fabritius (Biblioth. Graeca Tom. XIII. pag. 75), posset Antiochiae natum, verum diu Pergami versatum esse vel ratione inversa), Mus, Herophileus et Empiricus omnia competere videntur, quam conjecturam protulit jam Fabritius l. l. Si enim Apollonium Biblam et Apollonium Murem a se invicem dirimamus, uti placuit Cl. Sprengel, cum illo quoque varia loca in Galeni libris de medic. composit. sec. loc. et sec. gen. obvia, ubi citatur Apollonius sine cognomine ex ejus Libris *περὶ εὐπορίστων* modo Apollonio Biblae, modo Apollonio Muri, modo vero Apollonio Archistratori tribuere deberemus (Sprengel Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. I. pag. 560 et 598 et Tom. II. pag. 76) et utrumque Apollonium Murem et Apollonium Archistratorem

©BIU Santé



auctorem habere Librorum περὶ εὐποριστων, quam sententiam de illis profert Cl. Sprengel l. l., utroque loco eundem Galeni locum citans (de composit. medic. sec. loc. lib. I. pag. 167), ubi etiam nullum cognomen adhibet ille auctor. Mihi tamen vix credendum videtur, duos exstitisse Apollonios, qui περὶ εὐποριστων scripserunt; illud enim si verum esset, miro modo illos inter se confudisset Galenus, quod sane de tali auctore exspectandam non esset, verum ratio, quare Galenus semper reticeat cognomen auctoris περὶ εὐποριστων Librorum mihi potius inde petenda videtur, quod ejus aetate cuivis satis notum erat, quisnam Apollonius hos Libros conscripsisset; Herophileus autem dicitur auctor hicce a Galeno (de medic. composit. sec. loc. Lib. III. cap. 1. multisque aliis in locis); cognomen Herophilei parum a cognomine Empirici differre atque sectatores Herophili sensim magis magisque ad scholam empiricam versisse res est satis nota et praeterea patet ex loco Isagoges cap. 4, ubi proles scholae Herophileae dicitur Empirica; Apollonio autem Muri adscripsi Libros supra laudatos ob testimonium Celsi, qui Apollonium Murem de facultatibus medicamentorum scripsisse refert (Lib. V. Praef.); illum autem habui eundem ac alterum Antiochenum, quia Antiocheni ambo inter Empiricos recensentur (Isagoge l. l.). Secundum sententiam igitur Fabritii hujus auctoris sequentes libros variis locis citatos videmus:

1°. Libr. περὶ ἐυποριστων, qui citantur a Galeno

©BIU Santé



(de medic. composit. sec. loc. et sec. gen. saepissime) et ab Oribasio (Praef. ad Euporist. Lib. I.)

2°. Libr. περὶ χαρακτήρων, quos citat Galenus Comment. II in Hippocr. Epidem. Lib. III. aegrot. 8.

3°. Libr. XXIX de secta Herophili, quos citant Galenus (de different. pulsuum Lib. IV. cap. 10) et Caelius Aurel. (Acut. Lib. II. cap. 13).

4°. Forsan illi quoque tribuendus est Lib. περὶ μύρων, quem citat Athenaeus (Deipnosoph. Lib. XV. pag. 688).

5°. προφυλακτικὰ θανασίμων Apollonii Muris, quae citat Galenus, (Antidot. Lib. II. cap. 8) etiam ex quodam ejus Libro de antidotis depromta videntur.

Praeter huncce Apollonium autem adhuc sequentes a variis auctoribus citantur:

II. Alter Antiochenus, sive pater sive filius; pater autem vel ὁ πρεσβύτερος memoratur ab Erotiano (ad vocem ἄμβην); junioris vero fascia quaedam invenitur apud Galenum Lib. de fasciis cap. 101.

III. Appollonius Citiensis, cujus Liber ἐκ τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας adhuc servatur in Collect. Nicetae, idem Liber περὶ ἄρθρων fortasse, quem citat Erotianus (ad vocem ἄμβην). Praeterea adhuc citantur:

1°. Libri XVIII ad explicandas Hippocratis voces, (Erot. Praef.)

2°. Libri II de Epilepticis (Cael. Aurel. Chron. Lib. I. cap. 4.)

©BIU Santé



Si autem nostra ratiocinatione dubium factum sit, num Apollonius Mus revera idem fuerit ac Citiensis, inde etiam labefactatur opinio Doctiss. Osann, pestem, de qua egit Rufus Ephesius, fuisse illam epidemiam, quae a. U. C. 628 in Africa grassata est, quoniam viri doctissimi integra argumentatio et computatio de aetate Posidonii ac Dioscoridis eo nititur, quod Apollonius Mus fuerit idem ac Citiensis, verumtamen nihilominus semper constabit, ante Rufi (i. e. ante Trajani) aetatem regnasse pestem, quae nullo modo ab hodierna peste differt symtomatibus suis (conf. ipsius Osann opusc. et supra adnot. nostra).

IV. Apollonius ὁ θὴρ, Herophileus, qui vulgo idem habetur ac ὁ ὄφὶς. Citatur ab Erotiano (ad vocem ἄμβην et praef.) et Galeno (Lib. de fasciis cap. 104); illum autem respicere videntur Caelius Aurel. (Acut. Lib. II. cap. 28) et Oribasius (Synops. Lib. I. cap. 14). Scripsit hicce auctor excerpta ex Bacchii Tanagraei Lexico vocum Hippocraticarum (Erot. Praef.)

V. Apollonius Tyrius Herophileus, qui citatur a Strabone (Geograph. Lib. XVI. cap. 2. § 24. pag. 341) et teste Cl. Sprengel a Galeno (lib. de fasciis), ubi tamen in editione Renat. Charterii agitur de Apollonio τῷ θηρὶ, nisi haec vox emendatio sit Charterii, neque etiam absonum esset, conjicere, Apollonium τὸν θηρὰ et Apollonium Tyrium eundem fuisse. Quaeritur porro a Cl. Sprengel (l. l.), an hicce Apollonius sit idem, qui de sequelis morsuum serpentum scripsit (Scholiast. ad Nicandri Theriaca vs. 303.)

©BIU Santé



VI. Apollonius Memphites, idem ac Apollonius ὁ ἀπὸ Στρατῶνος (quod cognomen Sprengel (Pragmat. Gesch. der Medizin Tom. I. pag. 570) explicat *discipulum Stratonis*, non vero, ut vulgo fit, *filium Stratonis*) erat Erasistrateus (Isagoge cap. 10) scripsitque de plantis (Scholiast. ad Nicand. Theriaca vs. 52 et 559), et περὶ ἄρθρων (Erot. ad vocem ἄμβην.); citantur porro ejus quatuor pulsus definitiones (Galenus de differ. pulsuum Lib. IV. cap. 17), ejus collyrium (Aëtius Tetrab. II. III. cap. 220) et ejus epithema auriculare (Nicol. Myreps. de composit. medicam. Sect. XLVIII. cap. 11).

Citatur et a Caelio Aurel. (Chron. Lib. III. cap. 8 et Lib. IV. cap. 8) et verisimiliter ab Oribasio (Collect. Medic. Lib. VII. cap. 19).

VII. Apollonius Archistrator, cujus pastillus citatur a Galeno (de composit. medicam. sec. loc. Lib. V. cap. 12); illum autem Cl. Sprengel auctorem dicit Librorum περὶ εὐπορίστων (l. l. Tom. II. pag. 76) atque eundem habere videtur ac Apollonium Pergamenum, quem nos supra eundem diximus ac Apollonium Murem.

VIII. Claudius Apollonius, cujus medicamentum ad rabiosorum morsus citat Galenus (Antidot. Lib. II. cap. 11).

IX. Apollonius Glaucus, cujus Libros de interioribus citat Caelius Aurel. (Chron. Lib. IV. cap. 8.)

X. Apollonius Organicus, cujus medicamentum ad carbunculos citatur a Galeno (de composit. medic. sec. gen. Lib. V. cap. 15).

©BIU Santé



XI. Apollonius Pitanaeus, qui citatur a Plinio (Nat. Hist. Lib. XXIX. cap. 6.)

XII. Apollonius Thespianus (Galenus apud Fabritium l. l. pag. 76.)

XIII. Quaeritur, num Apollonius, qui citatur ab Apulejo (Metamorph. Lib. IX. pag. 268. ed. Juliani Floridi) fuerit unus ex supra enumeratis vel alius quisquam omnium novissimus.

XIV. Autumat denique Fabritius (l. l. pag. 76) apud Galenum (Lib. I. de meth. med. cap. 7) loco *Apollonidae* legendum esse *Apollonii*, Apolloniumque Cyprium methodicum, de quo hic agitur, eundem esse putat ac Apollonius ille, qui bis citatur in Galeno adscripto Libro de virtute Centaureae.

Ibid. *δοθιήνας.* *Δοθιὴν* a Paulo Aegin. (Lib. IV. cap. 23) dicitur *ὄγκος ἀποστηματώδης ἐκ παχέων χυμῶν, ἐν τοῖς σαρκώδεσι μάλιστα τόποις συνιστάμενος.* Celsus autem furunculum sequenti modo circumscribit: (Lib. V. cap. 28. § 8) » Furunculus vero » est tuberculum acutum cum inflammatione et do» lore; maximeque ubi jam in pus vergit. Qui » ubi adapertus est, subter apparet pars carnis in » pus versa, pars corrupta subalbida, subrubra, » quem ventriculum quidam furunculi nominant.” Galenus vero (Lib. de tumor. praeter naturam cap. 16) illum refert ad affectiones *φλεγμονώδεις* et de medic. compos. sec. loc. Lib. V. cap. 3 duas distinguit furunculi species, quarum alteram constituunt varosi, duri et concoctu difficiles, alteram vero, quibus aliquando febres accedunt, tumor in

©BIU Santé



magnitudinem excrescit et in pus mutatur. Scripserunt etiam de furunculis Oribasius Synops. Lib. VII. cap. 41 et Euporist. Lib. III. cap. 53 et Actuarius de meth. med. Lib. II. cap. 12, Lib. IV. cap. 16 et Lib. VI. cap. 6.

Ibid. lin. 1. *ῥητίνῃ*. Resinam multarum arborum adhibebant antiqui; praeter Terebinthum autem, de qua jam locuti sumus, enumerat Plinius (Nat. Hist. Lib. XVI. cap. 10) scandulum, pinum, pinastrum, abietem, piceam, laricem, tedam et taxum, quae omnes ad genus Pinum pertinere videntur; passim tamen et occurrunt resina Lentiscina vel mastix (e Pistacia Lentiscus Linn.), Cyparissina (e Cupresso sempervirente Linn.) aliaeque species multae, de quibus omnibus plura leguntur apud Theophrastum Hist. Plant. Lib. VIII. cap. 2, Dioscoridem Lib. I. cap. 92 et 93, Plinium l. l., Lib. XIV. cap. 21 et Lib. XXIV. cap. 6, Galenum de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VIII. cap. 17. § 4, Oribasium Synops. Lib. II. cap. 61, Collect. Medic. Lib. XII et Lib. XV. cap. 1, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtium Tetrab. I. I. et Paulum Aegin. Lib. VII. cap. 3.

Ibid. *ὀθόνιον*. *'Οθόνια* in universum indicant lintea. Lintea autem, quae a medicis adhibentur (teste Hippocrate de medici offic. pag. 744) esse debent *κοῦφα, λεπτά, μαλθακά, καθαρά, πλατέα, μὴ ἔχοντα συῤῥαφὰς, μὴδ' ἐξεστίας, καὶ ὑγιέα ὥστε τανύειν φέρειν, καὶ ὀλίγῳ κρέσσω.*



Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 203 sur 214

©BIU Santé



Ibid. lin. 2. μάνναν. Quoniam medicamentum purgans manna dictum solummodo occurrit apud novissimos auctores Graecos, uti Actuarium (de meth. med. Lib. V. cap. 8), de illo hic haud dubie non est sermo; hinc putavi hic subaudiri vocem λίβανον ideoque verti *micam thuris* i. e. (ut dicit Actuarius l. l. Lib. VI. cap. 5) » quod ex confracto in » magnis oneribus thure succutitur: in ea siquidem » feruntur exigua confracta frustula corticis thuris." De hac mica thuris autem conf. Dioscorides Lib. I. cap. 83, Oribasius Collect. Medic. Lib. XI, Paulus Aegin. Lib. VII. cap. 3 et Actuarius l. l.

Ibid. lin. 4. ἀλφίτου. Ἄλφιτον apud Hippocratem omnem farinae speciem significare refert Galenus (Exeg. ad vocem), quia (Lib. de morbis mulierum pag. 607) memorantur ἄλφιτα triticea et (Lib. de intern. affect. pag. 545) ἄλφιτα e lentibus et ervis tostis. Apud alios auctores vero (e. g. Galenum de alim. facult. Lib. I. cap. 11) haec vox significat farinam hordei leviter tosti vel frixi, (Lat. *polenta*), licet tamen Dieuches (apud Oribasium Collect. Medic. Lib. IV. cap. 6) etiam loquatur de polenta ex avena hordeaceae postponenda. De polenta autem conf. Galenus l. l., Oribasius Collect. Medic. Lib. IV. cap. 1 et 6 et Lib. XI et Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. I et Paulus Aegin. Lib. I. cap. 73 et Lib. VII. cap. 3.

Pag. 86. lin. 3. στέαρ αἴγειον ἢ βόειον et lin. 9 ὀρνιθίου στέατος. Antiqui multorum animalium

©BIU Santé



adipem inter medicamenta recensent: sic Galenus (de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. XI. cap. 1. § 2) enumerat adipem suillum, bubulum, caprinum, anserinum, gallinaceum, vitulinum, leoninum, viperarum, ursorum, vulpium et piscium marinorum et fluviatilium; praeterea Plinius (Nat. Hist. Lib. XXIX. cap. 5) struthiocamelinum; Oribasius (Collect. Medic. Lib. XII.) ovillum, agninum et cervinum; Aëtius (Tetrab. IV. III. cap. 3) pantherinum et hyaenarum; Paulus Aegin. (Lib. IV. cap. 32) pardalium et phasianorum. De illis adipibus autem conf. Dioscorides Lib. II. cap. 88—94, Plinius l. l., Oribasius l. l. et ibid. Lib. XII, Lib. XIV. cap. 60 et Lib. XV. cap. 2, Eupor. Lib. II. cap. 1, Aëtius Tetrab. I. II. cap. 152 et Paul. Aegin. l. l. et Lib. VII. cap. 3. Praeterea omnes hi auctores etiam distinguebant adipem animalium marium et femininarum, juniorum et veterum, domesticorum et sylvestrium, uti et recentem adipem et veterem, ita ut Aëtius Tetrab. IV. II. cap. 44 commendet adipem quadraginta annorum cum oleo adversus ulcera maligna. De usu vero adipis inter alimenta scripserunt Galenus de aliment. facult. Lib. III. cap. 11, Oribasius Collect. Medic. Lib. II. cap. 38 et Paulus Aegin. Lib. I. cap. 85.

Ibid. lin. 8. *μυρίκης*. *Μυρίκη* erat Tamarix Gallica Linn. (Dierbach Die Arzneim. des Hippokr. pag. 94), de qua planta ejusque viribus egerunt Theophrastus Hist. Plant. variis in locis, Dioscorides Lib. I.

©BIU Santé



cap. 116, Plinius Nat. Hist. Lib. XXIV. cap. 9, Galenus de simplic. medic. temper. ac facult. Lib. VII. cap. 12. § 28, Oribasius Collect. Medic. Lib. XIV. cap. 10 et Lib. XV. cap. 1, Aëtius. Tetrab. I. I. et Paul. Aegin. Lib. VII. cap. 3.

TANTUM.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 206 sur 214

©BIU Santé

# THESES.

I.

*Omnium epidemiarum, quas nomine pestis (λοιμοῦ) memorant antiqui auctores Graeci et Latini, bubo constans erat symtoma.*

II.

*Perperam a Cl.* SPRENGEL (*Pragmat. Geschichte der Medizin Tom. II, pag.* 76) APOLLONIUS ARCHISTRATOR *dicitur auctor librorum περὶ εὐπορίστων.*

III.

*Syphilis propago vel mutata forma leprae (elephantiasis* ARETAEI *aliorumque antiquorum) est habenda, neque ejus origo aliunde est quaerenda.*

IV.

*Recte statuunt, qui virus gonorrhoïcum a syphilitico distinguunt.*

©BIU Santé



## V.

*Arteriae, durante circulatione normali, non contrahuntur.*

## VI.

*Nutritio cartilaginum articularium non fit ope vasorum, verum absorptione ex ambienti synovia.*

## VII.

*In arte rhinoplastica integumenta brachii melius ad novum nasum formandum adhibentur quam frontis.*

## VIII.

*In ossium fracturis applicationem fasciarum, ferularum similiumque differre praestat, donec partium mollium inflammatio sit sedata.*

## IX.

*Si in nova pupilla formanda iridectomia institui possit, haec operatio semper iridodialysi est praeferenda.*

## X.

*In partu facie praevia versio numquam est instituenda.*

©BIU Santé

## THESES.

### XI.

*Medico forensi incumbit officium cadavera etiam putrida secandi vel explorandi.*

### XII.

*Ubi inquirendum est, an aliquis, epilepsiam prae se ferens, revera hoc morbo sit affectus, necne, numquam ad methodos dolorificas confugere necessarium est.*

### XIII.

*Illa sensatio, qua homines, licet nullum dolorem nullamve molestiam vel aegrimoniam accurate definiendam percipiant, tamen aegrotos se esse sentiunt, residet in intestino tenui.*

### XIV.

*In inflammationibus exsudativis dictis, uti in angina membranacea, in febre puerperali, cet. usus Mercurii dulcis omnibus aliis remediis est praeferendus.*

### XV.

*Recte Hippocrates (Aphorism.* 31 *sect. II):*
*« Si cui ex morbo cibum probe sumenti corpus*
*« nihil proficit, malum."*

©BIU Santé



## XVI.

*Embryotomia, quae in quocunque casu mortis infantem ponit certam, pertinet ad operationes rarissimas quidem, verum in hodierno quoque artis obstetriciae statu necessarias.*

## XVII.

*Instrumentum illud, quod nuperrime Cl.* BAUDELOCQUE *jun*[r] *nomine* cephalotribe *proposuit quodque in casu indicatae* excerebrationis, *perforatorii vices adimpleret, melius mihi convenire videtur in casu infelicissimo, quo caput, avulso corpore infantis, in utero remanserit.*

©BIU Santé

## AD CONTEXTUM ET VERSIONEM.

# ADDENDA ET EMENDENDA.

P. 5. 2. l. 14 pro spina l. *dorso* — P. 8. l. ult. pro *τίς* l. *τὶς* — P. 11. 6. l. 3 pro folii, l. *folii;* — P. 12. II. l. 1 pro *χει-* l. *χειρ-* — Ibid. l. 2 pro *ρουργίᾳ* l. *ουργίᾳ* — Ibid. l. 6 pro *ῇ* l. *τῇ* — P. 15. III. in tit. dele vocem *de* — P. 16. 3. l. 13 pro *καθιέν ι* l. *καθιέναι* — P. 17. 3. l. 17 pro mulsum l. *aqua mulsa* — P. 20. l. 8 pro *ἧτοι* l. *ἤτοι* — Ibid. in marg. pro *αυτοῦ* l. *αὐτοῦ* — P. 21. l. 6 pro sane l. *vel* — P. 22. V. l. 1 pro *τὲ* l. *τε* — P. 23. l. 6 pro roseo l. *oleo rosaceo* — P. 25. l. 17 pone vocem *aperiatur* insere vocem *ita* — P. 29. 3. l. 5 pro Clysma ex his medicamentis vel decoctum rosarum l. *horum medicamentorum vel rosarum decoctum* — P. 30. l. 4 pro *τόε* l. *τότε* — P. 34. IX. l. 4 pro *μαθητῆς* l. *μαθητὴς* — P. 36. XI. l. 7 pro *ἀναδάκ-* l. *ἀναδά-* et ibid. l. 8 pro *νει* l. *κνει* — P. 39 in tit. pro Libro l. *libris* — P. 40. l. 8 pro *αὶ* l. *αἱ* — P. 44. XIV. 1. l. 16 pro *τὲ* l. *τε* — Ibid. 2. l. 2 pro *εὔρυτέρας* l. *εὐρυτέρας* — P. 46. l. 15 pro *ετερηδονισμένον* l. *τετερηδονισμένον* — Ibid. 3. l. 7 pro *μηρος* l. *μηρὸς* — P. 48. Not. (1) pro *ὅτάν* l. *ὅταν* — P. 50. Not. (2) l. 1 pro *τὲ* l. *τε* — P. 52.

Dissertatio Philologico-Medica inauguralis exhibens Librum XLIV Collectaneorum ... - page 211 sur 214

©BIU Santé

---

Not. (2) pro ʽΑπὸ l. ʼΑπὸ — P. 55. l. 12 pro illa l. *illud* — P. 56. l. 3 pro πᾶν l. πᾶν — Ibid. 10. l. 11 pro στομίον l. στόμιον — P. 58. 12. l. 1 pro ἐντερα l. ἔντερα — P. 61. 13. l. 3 pro plana l. *planae* — Ibid. l. 4 pro facta l. *factae* — P. 63. 15. l. 14 pro perforentur l. *perforetur* et eodem modo ibid. l. 15 — P. 64. l. 1 pro ὑποφορᾶς l. ὑποφορᾶς — P. 68. l. 25 pro κᾂν l. κᾂν — P. 70. 20. l. 10 pro σχηματιζέσθω l. σχηματιζέσθω. — P. 74. 2. l. 14 pro σύριγγα, l. σύριγγα· — P. 76. l. 4 pro ἐκά- l. ἐκαθ- et l. 5 pro θάρεν l. αρεν — P. 78. 5. l. 11 pro τὲ l. τε et eodem modo P. 80. XVI. l. 4 — P. 80. 2. l. 2 pro ἀπολειπουσαν l. ἀπολείπουσαν — P. 83. 3. l. 4 pro lens l. *lenticula palustris* — Ibid. pro siccis l. *comminutis* — P. 83. l. 18 pro sphragis l. *terra Lemnia* — P. 85. l. 2 pro mulso l. *aqua mulsa* — Ibid. pro Aegyptia l. *terra Aegyptiaca* — Ibid. XVIII. l. 2 pro micamthuris l. *micam thuris* — P. 87. l. 6 pro organi l. *origani*.

---

## AD ADNOTATIONES.

---

P. 3. l. 19 pro femus l. *femur* — P. 5. l. 3 pro et in fine ejusdem l. *et in fine ejusdem cap.* — Ibid. l. 26 pro dubi sunt palmae l. *dubie sunt*

©BIU Santé

*palmulae* et pone haec verba insere *vel fructus Phoenicis Dactyliferae Linn.* — Ibid. l. 27 et saepius infra pro Theophrastes l. *Theophrastus* — P. 10. l. 10 pro XXXIV l. XXIV — Ibid. l. 20 et sqq. dele adnot. ad vocem μελικράτῳ — P. 11. l. 16 bis pro σπληνίον l. σπλήνιον — P. 13. l. 7 pro recentibus l. *recentioribus* — P. 17. l. 9 pro ἀναπληρουσθω l. ἀναπληρούσθω — P. 19. l. ult. pro § 8 cap. 15 § 13 cap. 18 l. § 8, cap. 15 § 13, cap. 18 — P. 26. l. 10 pro Tetrab. IV. 4 l. Tetrab. IV. IV. — P. 26. l. 14 pone vocem ἐπὶ insere *et pro* βαρυτόνως βαρυτόνος — P. 38. l. 11 pro Abie l. *Abiete* — Ibid l. 27 pro Λιοκλέος l. Διοκλέος — P. 39. l. 20 pro Tom. 12 l. Tom. XII — P. 40. l. 13 pro Comment. in Hippocratis de Epidem. Lib. I l. *apud Fabritium l. l.* — P. 41. l. 11 et eodem modo l. 12 ὄρφνη γὲ l. ὄρφνη γε — P. 43. l. 3 pone vocem ὁ insere *nisi ὁ omnino sit delendum* — Ibid. l. 22 pro τινας l. τινὰς — P. 46. l. 19 pro Definif. l. Definit. — Ibid. l. 21 pro τρημάτων; l. τρημάτων, — Ibid. pone lin. ult. adde *ibid. lin.* 7. βραχίον. *Hic pro βραχίον mihi legendum esse videtur βραχίων* — P. 48. l. 4 pro δυσεργέστερα l. δυσεργεστέρα — P. 49 pone l. 23 insere *ibid. lin.* 10. φλέβαν. *Haud dubie pro φλέβαν hic legendum est φλεβὰ* — P. 50 l. 26 pro σμίλῃ l. σμίλη — P. 56. l. 22 pone *et* insere vocem *e* — Ibid. l. 23 pro vituperat l. *vituperet* — P. 59. l. 19 pro Paulum l. *Paulus* — P. 65. l. 8 pone vocem conf. insere

*Theophrastus Hist. Plant. Lib. III. cap.* 17, *Lib. IV. cap.* 15, *Caus. Plant. Lib. III. cap.* 16—22 *et Lib. V. cap.* 5 *et* 13 *multisque aliis in locis* — Ibid. l. 10 pro ille l. *illud* — Ibid. l. 14 pro Galeni l. *Galenus* — P. 71. l. 20 pro alte- l. *alter-* et l. 21 pro ruter l. *uter* — P. 74. l. 3 pro γαγγραίνῶν l. γαγγραίνων — P. 74. l. 5 pro ἄλλότριον l. ἀλλότριον — P. 76. l. 26 p. 4 l. 14 — P. 79. pone lin. 20 insere : *ibid. Hic pro* πύρινον δὲ *mihi legendum esse videtur* πύρινόν τε — P. 81. l. 1 pro οἰσυπηρα l. οἰσυπηρὰ — P. 82. l. 5 pro alimentio l. *alimento* — P. 88. l. 22. pro οἰδήματε l. οἰδήματι — P. 89. l. 17 pro ἐστὶ l. ἐστι — P. 92. l. 9 pro exspectandam l. *exspectandum*.

# AD THESES.

Thes. XVI. l. 1 et 2 pro mortis infantem l. *mortem infantis*.

©BIU Santé